Eſa. 9.A. PRimo tempore alleuiata eſt terra zabulon ⁊ terra neptali: et nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans iordanem galilee gẽtiũ. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentẽ: nõ magnificaſti leticiã. Letabunť corã te ſicut qui letãtur in meſſe: ſicut exultant victores capta preda / quãdo diuidunt ſpolia. Iugũ enim oneris eius / et virgã humeri eiꝰ / et ſceptrũ exactoris eiꝰ ſuperaſti: ſicut in die madiã. Qꝛ oĩs violenta predatio cũ tumultu: et veſtimentum mixtũ ſanguine erit in combuſtionem et cibus ignis. Paruulꝰ enim natus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerũ eius: ⁊ vocabitur nomẽ eius admirabilis / conſiliarius / deus fortis / pater futuri ſeculi / princeps pacis. Multiplicabitur eiꝰ imperiũ: et pacis non erit finis. In fine harum trium lectionum dicitur Hec dicit dominus. Non dicitur Qui hodierna die de virgine naſci dignatus eſt. ſecũdum vſum Sar. ℟. Hodie nobis celorum rex de virgine naſci dignatꝰ eſt vt hoīem perditũ ad regna celeſtia reuocaret: gaudẽt exercitus angelorum. Quia ſalus eterna humano generi apparuit. ℣. Gloria in excelſis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia ſalus. Lectio. ij.

E xl. COnſolamini conſolamini popule meꝰ: dicit deus veſter. Loquimini ad cor hieruſalem ⁊ aduocate eã: quoniã completa eſt malitia eius / dimiſſa eſt iniquitas illiꝰ. Suſcepit de manu domini duplicia: pro omnibꝰ peccatis ſuis. Vox clamãtis in deſerto / parate viam dñi: rectas facite ĩ ſolitudine ſemitas dei noſtri. Oĩs vallis exaltabitur: et omnis mõs et collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas. Et reuelabiť gloria dñi: et videbit omnis caro pariter quod os dñi locutũ eſt. Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Oĩs caro fenũ: ⁊ oĩs glĩa eiꝰ quaſi flos agri. Exiccatum eſt fenũ: ⁊ cecidit flos. Verbum autem dñi manet in eternũ. Hec dicit dñs. ℟. Hodie nobis de celo pax vera deſcẽdit. Hodie ꝑ totũ mũdum melliflui facti ſunt celi. ℣. Hodie illuxit nobis dies redẽptionis noue / reparationis antique / felicitatis eterne. Hodie. Lec. iij.

E lij.A COnſurge cõſurge: induere fortitudine tua ſion. Induere veſtimẽtis glorie tue hierl'z ciuitas ſctã: qꝛ nõ adijciet vltra vt ptrãſeat ꝑ te icircũciſus ⁊ immundꝰ. Excutere de puluere: conſurge ſede hieruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia ſion. Qꝛ hec dicit dominus deꝰ. Grat' venũdati eſtis: et ſine argento redimemini: qꝛ hec dicit dñs deꝰ. In egyptum deſcendit populus meus in p̄ncipio vt colonus eſſet ibi: et aſlur absqꝫ vlla causa calũniatus est eum. Et nũc quid mihi est hec: dicit dominus. Quoniam ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt dicit dñs: ⁊ iugiter tota die nomē meū blasphematur.

3 Hec dicit dominus. ℟. Descendit de celis missus ab arce patris: introiuit per aurē virginis in regionē nostrā indutꝰ stola purpurea. Et exiuit per auream portam. Lux et decus vniuerse fabrice mundi. ℣. Tanq̄ sponsus dñs procedens de thalamo suo. Et exiuit. Gloria patri. Lux et decus. Nō dicatur prosa ad matutin. sed tm̄ ad proces. huius diei añ missam. In .ij. noctur. aña. Suscepimus deus misericordiā tuā in medio tēpli tui. ps. Magnꝰ dominus. An. Orietur in diebus dñi abundantia pacis et dominabitur. ps. Deus iudicium. An. Ueritas de terra orta est: ⁊ iustitia de celo prospexit. ps. Bñdixisti. ℣. Ipse inuocauit me. Pater meus es tu. Aña alleluia.

Sermo beati Isidori epi de nati. domini. Lectio .iiij.

Natalis dñi dies ea de causa a patribꝰ votiue solēnitatis institutꝰ est: q2 in eo xp̄s p redemptione mūdi nasci corporaliter voluit: prodiens ex virginis vtero / qui erat in patris imperio. Cuiꝰ suscepte carnis causa hec est. Postq̄ enim inuidia diaboli parens ille primus spe seductus inani cecidit: cōfestim exul ac perditus in omni genere suo radicem malitie et peccati traduxit. Crescebatqꝫ in malum vehementius omne genꝰ mortaliū: diffusis vbiqꝫ sceleribus: ⁊ (quod est nequiꝰ) omnium cultibꝰ idolorū. Volens ergo deus terminare peccatū: cōsuluit verbo / lege / prophetis / signis / plagis / prodigijs. Sed cum nec sic quidem errores suos admonitꝰ agnosceret mundus: misit deus filiū suū vt carnem indueret: ⁊ hoībus appareret: ⁊ peccatores sanaret. Ista lect. ⁊ oēs lec. sequen. terminantur cum Tu autem. ℟. Quē vidistis pastores dicite: annunciate nobis in terris quis apparuit. 4

Natū vidimus in choro angelorum saluatorem dñm. ℣. Scdm q̄ dictum est nobis ab angelo de puero isto: inuenimus infantem pannis inuolutū et positum in presepio in medio duū animaliū. Natū. Aliꝰ ℣. per heb. Dicite quidnā vidistis: ⁊ annunciate xp̄i natiuitatem. Na. Et h3 p hebdo. siue do. fuerit. siue nō. Lec. v. et. vj. legantur de ser. bti leonis pape de nati. domini. Lec. v.

Exultemus in dño dilectissimi: ⁊ spirituali iocūditate letemur: q2 illuxit nobis dies redēptiōis noue / reparationis antiq̄ / felicitatꝭ eterne. Reparatur enī nobis salutꝭ nr̄e ānua reuolutiōe sacramētū: ab initio promissum / i fine redditū / sine fine mãsurū. In quo dignū est nos sursum erectꝭ cordibꝰ diuinū adorare mysteriū: vt qd̄ magno dei munere agitur / magnis eccl'ie gaudijs celebretur. ℟. O 5 magnū mysteriū ⁊ admirabile sacramētū: vt aīalia viderent dñm natum iacentem in presepio: btā virgo cuiꝰ

viſcera meruerūt portare dñm xp̄m.
℣. Dñe audiui auditū tuū ⁊ timui:
cōſideraui opera tua ⁊ expaui in medio
duū animaliū. Jacentē. Lec. vj.

INgreditur ergo huiꝰ mūdi
infima filiꝰ dei: de celeſti
ſede deſcendens ⁊ a paterna
glīa nō recedēs. Nouo ordine/
noua natiuitate generatꝰ. Nouo
ordine: qꝛ inuiſibilis in ſuis/
factꝰ eſt viſibilis in nr̄is. Incomprehēſibilis
voluit comprehēdi:
ante tēpora manens/ eſſe
cepit ex tēpore. Vniuerſitatis
dñs ſeruilē formā obumbrata
maieſtatis ſue dignitate ſuſcepit:
impaſſibilis deus nō dedignatꝰ
eſt homo eſſe paſſibilis:
et immortalis mortis legibus
ſubiacere. Noua autem natiuitate
generatꝰ: qꝛ inuiolata virginitas
ꝯcupiſcentiā neſciuit/
ſubſtātiam miniſtrauit. ℟. Te
6 laudant angeli ſancta dei genitrix q̄
virū nō cognouiſti ⁊ dñm in tuo vtero
baiulaſti: concepiſti per aurem dominū
noſtrū. Ut bn̄dicta dicaris inter
omnes mulieres. ℣. Ipſum genuiſti
⁊ in preſepe poſuiſti quem adorat
multitudo angelorꝝ. Ut bn̄. Gloria.
Ut. In. iij. noctur. An̄. Ipſe inuocauit
me all'a/ pater meus es tu all'a.
Ps. Miſericordias. An̄. Letentur
celi et exultet terra ante faciem dñi
quoniā venit. Ps. Cantate. j. an̄.
Notum fecit dñs all'a: ſalutare ſuum
all'a. Ps. Cantate. ij. ℣. Verbū caro
factū eſt. ℟. Et habitauit in nobis
all'a. Tres vlt. lc. legant in
cappis ſericis. Scḋm Lucam.

Cap. ij. A. IN illo tēpore. Exijt edictum
a ceſare auguſto vt
deſcriberetur vniuerſus orbis.
Hec deſcriptio prima facta eſt
a preſide ſyrie cyrino. Et ibant
oēs vt profiterentur ſinguli in
ſuam ciuitatē. Et reliqua. Homelia
beati greg. pp̄. Lc. vij.

Quia largiente dño miſſarum
ſolēnia ter hodie celebraturi ſumus:
loqui diu de euāgelica lectione
non poſſumus. Sed nos
quidē aliquid vel breuiter dicere
illa redēptoris noſtri natiuitas
cōpellit. Quid eſt ꝙ naſcituro
dño mundus deſcribitur:
niſi hoc qḋ aperte monſtratur:
Qꝛ ille veniebat in carne: qui
electos ſuos aſcriberet in eternitate.
Qḋ cōtra de reprobis ꝑ
prophetam dicitur. Deleantur
de libro viuentiū: ⁊ cum iuſtis
non ſcribātur. Qui bene etiam
in bethleē naſcitur: bethleem
quippe domꝰ panis interpretatur.
Ipſe nāqꝫ eſt qui ait. Ego
ſum panis viuꝰ: qui de celo deſcendi.
Tu autem. ℟. Beata dei 7
genitrix maria: cuius viſcera intacta
permanēt. Hodie genuit ſaluatorē ſeculi.
℣. Btā q̄ credidit qm̄ perfecta
ſunt oīa q̄ dicta ſunt ei a dño. Hodie.
Euāgeliū S. Luca. Lec. viij.

IN illo tempore. Paſtores Ca
loq̄bant adinuicē. Tranſeamus ij.
vſqꝫ bethleē: et videamus
hoc verbum quod factum
eſt: quod fecit dominus ⁊ oſtendit
nobis. Et reliqua. Homelia
venerabilis bede pſbyteri.

Nato in bethleem domino ſaluatore
(ſicut ſacra euangelij teſtatur
hiſtoria) paſtoribus q̄ in
eadem regione erāt vigilātes

et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregē ſuū: angelus dñi cū magna luce apparuit. Exortumq; mūdo ſolem iuſtitie/ nō ſolū celeſtis voce ſermonis: verūetiam claritate diuine lucis aſtruxit. Nuſq̄ eñi in tota veteris teſtamēti ſerie reperimꝰ angelos (qui tam ſedulo apparuere patribꝰ) cū luce apparuiſſe.
8 Tu autem. ℟. Beata viſcera marie virginis que portauerunt eterni patris filiū/ ⁊ beata vbera q̄ lactauerunt chriſtum dñm. Quia hodie pro ſalute mundi de virgine naſci dignatus eſt. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gētes ⁊ adorate dominum. Quia hodie p̄ ſalu.

¶ Initiū ſancti euangelij ſecundum Iohannem. Lectio. ix.

Cap. j.A. IN principio erat verbū/ et verbum erat apud deū: et deus erat verbum. Hoc erat in p̄ncipio apud deū. Omnia p̄
7 ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nihil. Et reliqua. Homelia venerabilis bede p̄bri.

Quia tēporalē mediatoris dei et hominum hominis ieſu xp̄i natiuitatem q̄ hodierna die facta eſt: ſanctorū verbis euangeliſtarū (mathei videlicet ⁊ luce) manifeſtatā cognouimus: libet etiā de ꝟbi (id eſt de diuinitatis eiꝰ) eternitate in qua p̄ri ſemp̄ manet equalis: beati iohannis euāgeliſte dicta ſcrutari/ q̄ ſingulari priuilegio meruit caſtitatis vt ceteris altius diuinitatis ipſius caperet ſimul ⁊ patefaceret arcanū. Alij enim euāgeliſte chriſtū ex tp̄e natū deſcribūt: iohānes in principio eundē fuiſſe teſtatur dicēs. In principio erat verbū. Alij inter hoīes eū ſubito apparuiſſe cōmemorant: ille ipſm apud deum ſemp̄ fuiſſe declarat dicēs. Et verbum erat apud deū. Alij eum verū hoīem: ille verū cōfirmat eſſe deū/ dicēs. Et deus erat verbū. ℟. Verbū caro factū 9
eſt: et habitauit in nobis. Cuius gloriam vidimꝰ quaſi vnigeniti a p̄re. Plenū gratie ⁊ veritatis. ℣. In principio erat verbum: et verbum erat apud deū/ ⁊ deꝰ erat verbū. Cuiꝰ gloriam. Gloria patri. Plenum gratia. Et cum iſtud dicitur ℟. cum ſuo verſu et Gloria patri. cantetur: procedat diaconus cū ſubdiacono et thuribula. et ceroferar. et acoli. crucē ferēte: oībus ſolēni apparatu indutis ad thurificā. altare: ⁊ accepta bñdictione ab executore offi. per mediū cho. ad pulpitū accedat ad cātandum euang. ſequēs. Dñs vobiſcum. Et cū ſpū tuo. Initiū ſci euāgelij ſcdm matheū. Gloria tibi dñe.

Cap. j.A. Liber generationis ieſu chriſti filij dauid: filij abraham. Abrahā genuit iſaac. Iſaac aūt genuit iacob. Iacob autem genuit iudam ⁊ fratres eius. Iudas aūt genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autē genuit eſron. Eſron autē genuit arā. Aram aūt genuit aminadab. Aminadab autem genuit naaſon. Naaſon autem genuit ſalmon. Salmon aūt genuit booz de raab. Booz autẽ genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit ieſſe. Jeſſe aũt genuit dauid regem. Dauid aũt rex genuit ſalomonẽ ex ea q̃ fuit vrie. Salomõ autẽ genuit roboam. Roboam autẽ genuit abiam. Abia aũt genuit aza. Aza autẽ genuit ioſaphat. Joſaphat autem genuit iozam. Jozã aũt genuit oziam. Ozias autẽ genuit ioathan. Joathan aũt genuit achaz. Achaz aũt genuit ezechiã. Ezechias autẽ genuit manaſſem. Manaſſes autẽ genuit amon. Amon autem genuit ioſiam. Joſias aũt genuit iechoniã ⁊ fratres eius in trãſmigratiõe babylonis. Et poſt trãſmigrationẽ babylonis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel aũt genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autẽ genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autẽ genuit ſadoch. Sadoch aũt genuit achim. Achim aũt genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autẽ genuit iacob. Jacob autem genuit ioſeph virũ marie: de qua natus eſt ieſus qui vocat̃ xp̃s.

Finito euange. incipiat ſacer. execut̃. officij in cappa ſerica in ſtallo ſuo loco non muta. pſ. **Te deum.** alta voce. ¶ Notandum eſt ꝙ per totum annũ dicitur ad matu. **Te deũ.** extra aduẽ. ⁊ niſi a. lxx. uſq; ad paſcha. et niſi in feſ. qñ de feſ. agit̃: ⁊ niſi in feſ. iij. lc. q̃ ſunt in vig.
et in. iiij. tp̃ibus extra hebdo.
pentec. ⁊ exceptis q̃buſdã feſ.
iij. lc. his ſcʒ. In maio ſctẽ pe-
tronille virginis qñ poſt oc. tri-
nita. ⁊ corporis xp̃i cõtige. In
mẽſe ſeptẽb. ſcti bertini abba.
Eodẽ menſe ſctẽ tecle vgi. In
mẽſe octob. ſancti romani epi.
Quo finito. iiij. rectores chori
ſcʒ duo de ſuperiori gradu: ⁊ duo
de. ij. forma incipiant miſſam
hoc mõ. Offm. **Dñs dixit.** Et
poſt miſſam ſtatim principalis
ſacerd. dicat añ laud. hũc v. co-
ram altari. v. **Verbum caro factũ
eſt.** R. **Et habitauit in nobis.** cum
alla. In eodem ſacerdos dicat
Deus in adiutorium. anteq̃ re- 1
cedat ab altari. In laudib⁹ añ.
Quẽ vidiſtis paſtores dicite: annũ-
ciate nobis in terris quis apparuit:
natum vidimus in choro angelorum
ſaluatorem dñm alla alla. pſ. Dñs 2
regnauit. añ. Genuit puerpera re-
gem cui nomen eternum: et gaudia
matris habens cũ virginitatis ho-
nore/nec primã ſimilem viſa eſt/nec
habere ſequẽtẽ alla. pſ. Jubilate. 3
añ. Angelus ad paſtores ait: annun-
cio vobis gaudiũ magnum: q2 natus
eſt nobis hodie ſaluator mundi alla. 4
pſ. Deus deus me⁹. añ. Facta
eſt cũ angelo multitudo celeſtis exer-
cit⁹ laudantiũ ⁊ dicentiũ/glĩa in ex-
celſis deo: ⁊ in terra pax hoibus bo-
ne voluntatis alla. pſ. Benedici- 5
te. Añ. Paruulus filius hodie natus
eſt nobis ⁊ vocabitur deus fortis al-
leluia alla. pſ. Laud. do. de cel.
cp̃. ⁊c. oĩa q̃ ad matu. ptinet eo-
dẽ mõ expleant̃ quo ad veſ. ex-
cepto ꝙ ad lau. non incenſatur

niſi principale altare. Capl'm.

Titi ij. C. APparuit gratia dei ſaluatoris noſtri omnibꝰ hominibus: erudiēs nos vt abnegātes impietatē ⁊ ſecularia deſideria | ſobꝛie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo. Deo grās. hyꝰ.

A Solis ortꝰ cardine | ⁊ vſqꝫ terre limitē: xp̄m canamꝰ principē: natū maria virgine.

Beatus auctoꝛ ſeculi | ſeruile corpꝰ induit: vt carne carnē liberās | ne ꝑderet quos cōdidit.

Caſte parētis viſcera | celeſtis intrat gratia: vēter puelle baiulat | ſecreta que nō nouerat.

Domus pudici pectoꝛis | templū repente fit dei: intacta neſciens virū | v̄bo cōcepit filiū.

Enixa eſt puerpera | quē gabriel predixerat: quem matris aluo geſtiens | clauſus iohannes ſenſerat.

Feno iacere ꝑtulit | preſepe nō abhoꝛruit: paruoqꝫ lacte paſtus eſt | ꝑ quē nec ales eſurit.

Gaudet choꝛus celeſtiū | ⁊ angeli canūt deo: palāqꝫ fit paſtoribus | paſtoꝛ creatoꝛ omniū.

Gloꝛia tibi dn̄e | qui natus es de virgine. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini. ℟. Deus dominus et illuxit nobis. Aña. Gloꝛia in excelſis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis alleluia alleluia. ps. Benedictus. Oꝛatio.

COncede queſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. que ſic terminatur. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ⁊c.

Duo clerici de ſuperioꝛi gradu in ſuperpellicijs cantent ſimul hoc Benedicamus domino. ad has matut. tantū: ſcꝫ Verbum patris hodie ꝓceſſit ex virgine: venit nos redimere/ et celeſti patrie voluit nos reddere: virtutes angelice cum canoꝛe iubilo laudes reddant domino. Alij duo clerici de ſupioꝛi gradu in conſimili habitu ex vtraqꝫ parte aſſumpti reſpondeant. Refulgens paſtoꝛibus nunciauit angelus pacis pacem nūcius/ tu paſtoꝛ eccleſie pacem nobis tribue/ filios ⁊ inſtrue redemptoꝛi debitas iubilando gratias. Deinde fiat memoꝛia de ſancta maria ad conſummationem totius myſterij incarnationis. Aña. Ecce completa ſunt omnia que dicta ſunt per angelū de virgine maria. ℣. Poſt partum virgo inuiolata ⁊c. Oꝛatio.

DEus qui ſalutis eterne btē marie virginitate fecūda hūano generi p̄mia p̄ſtitiſti: tribue q̄ſumus vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamꝰ | ꝑ quā meruimꝰ auctoꝛē vite ſuſcipere: dn̄m noſtrū ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū vi. Dn̄s vo. Duo pueri i ſuppellicijs dicāt Bn̄dicamus dn̄o. ſine alla. Et eſt notandū q̄ nunq̄ ꝑ totū annū hꝫ Benedicamꝰ dn̄o. cum alla. niſi in paſcha. tp̄e. His peractis cū ſummo mane duo rectoꝛes ⁊c. ij. foꝛma īcipiāt miſ. Offm̄. Lux fulget. Ad. j. hyꝰ. Iā lucis. Añ. Quem vidiſtis. ps. Deus in noīe. Bti imma. Retribue. Añ. Gl'a tibi. ps. Quicūqꝫ. cap. Regi ſecu

lorū. ℟. Ieſu xpe. cū al'a. ℣. Qui
de virgine dignat⁹ es naſci. Miſere-
re nobis. Gloria. Ieſu xpe. ℣. Exurge
dñe. Hic etiā ℣. Qui de virgine.
dicit̃ quotidie vſqȝ in craſtī. pu
rifi. btē marie tā in die epi. ⁊
per octa. eiuſdē: ⁊ etiā in octa.
Dicet̃ etiā idem ℣. in oīb⁹ feſ.
et per octa. btē marie ⁊ in com
mēo. eiuſdē per totū annum: ⁊
in feſ. corporis xpi ⁊ per oct. ⁊
in oct. qñ de ipſis oct. fit ſeruī.
℣. Exurge dñe. Preces ⁊c. q̄ per
tinēt ad primam expleant̃. Ad
iij. hy⁹. Nūc ſancte. Sup hos
in ſuperiori gradu incipiat añ.
Genuit puer. ps. Legē pone. cap.
Apparuit grā. ℟. in. ij. forma
dicit̃. Idē ordo in ceteris horis
ſeruet̃. ℟. Verbū caro factum eſt
Alla alla. ℣. Et habitauit in nobis.
Alla alla. Gloria. Verbū. ℣. Ipſe in-
uocauit me. Chor⁹ rñdeat. Pater
meus es tu. Sine alla. qd per totū
annū obſeruet̃ extra tps paſc.
niſi poſt ℣. iſtum Verbum caro.
vt ſ. dictū eſt. oro. Concede q̄s
oīps de⁹. Ad. vj. hy⁹. Rector po
tēs. añ. Angel⁹. ps. Defecit. Cap.

Titi. 3. B
Apparuit benignitas ⁊ hu
manitas ſaluatoris noſtri
dei: nō ex operib⁹ iuſtitie q̄ fe-
cimus nos: ſed ſecūdum ſuā mi
ſericordiā ſaluos nos fecit. ℟.
Ipſe inuocauit me Alla alla. ℣. Pr
me⁹ es tu. Alla. Glia. Ipe. ℣. Notum
fecit dominus. ℟. Salutare ſuum.
Sine alleluia. oratio vt ſupra. Ad
nonā. hy⁹. Rerum deus. aña.
Paruulus. ps. Mirabilia. Cap.

Heb. 1. A
Multifarie multiſqȝ modis
olim de⁹ loquēs patrib⁹
in prophetis nouiſſime diebus
iſtis locutus eſt nobis in filio.
℟. Notum fecit dñs Alla alla. ℣⁹.
Salutare ſuum. Alleluia. Gloria. No-
tum. ℣. Benedictus qui venit in no-
mine dñi. ℟. Deus dñs ⁊ illuxit no
bis. Sine alla. oro vt ſ. Ad veſ. añ.
Tecū principium in die vtutis tue 1
in ſplendoribus ſanctoȝ ex vtero an-
te luciferum genui te. ps. Dixit do
minus. añ. Redēptionem miſit do 2
minus populo ſuo / mādauit in eter-
num teſtamentū ſuū. ps. Confite-
bor. añ. Exortū eſt in tenebris lumē 3
rectis corde miſericors ⁊ miſerator ⁊
iuſtus dñs. ps. Beatus vir. añ.
Apud dñm miſericordia ⁊ copioſa a- 4
pud eum redēptio. ps. De profun
dis. añ. De fructu ventris tui ponā 5
ſuper ſedē tuā. ps. Memento. He
predicte ãe cū ſuis pſis dicunt quo
tidie ad veſp. vſqȝ ad octa. epi.
et in ipſis octa. de quocūqȝ fit
ſeruī. cap. Multifarie. ℟. Ver-
bum caro. hy⁹. A ſolis ortus car
dine. ℣. Benedict⁹. añ. Hodie chri
ſtus natus eſt: hodie ſaluator appa-
ruit: hodie in terra canunt angeli / le
tantur archangeli: hodie exultant iu
ſti dicētes gloria in excelſis deo alle
luia. ps. Magt. oro. Cōcede q̄s.
Finita hac orone cū Benedicā-
mus. a duob⁹ clericis de ſecūda
forma in ſuppelliciis cueniāt
oēs diaconi in cappis ſericis
portātes cereos ardētes in ma
nibus: et ſic eat proceſ. per me-
diū chori ad altare ſcti ſtepha-
ni cantando ℟. quodam diaco.
incipiēte. ℟. Sancte dei precioſe
protomartyr ſtephane qui vtute cha
ritatis circūfultus vndiqȝ: dñm pro

inimico exoraſti populo. Funde preces pro deuoto tibi nũc collegio. Tres diaconi dicant ℣. Ut tuo ꝓpitiatus interuentu domin⁹ nos purgatos a peccatis iũgat celi ciuib⁹. Funde preces. Oẽs diaconi ſimul cantent proſam. videlicet Te mũdi climata protomartyr laudãt omnia. Chorus reſpõdeat cantum proſe in cantu verſuũ precedentiũ ſuper literam A. poſt vnumquemq; verſum. ℣⁹. Qui primus ad martyriũ glorioſa currens brauia. ℣⁹. Hodie ſacra plenus gratia. ℣. Domini ſequẽs veſtigia. ℣⁹. Quem videre. ℣. Meruiſti. ℣. Patris in gloria. ℣. Ut pelleres lapidãtũ crimina ſupplicans pro venia. Fũde. Nõ dicet̃ Gloria. ad hãc proceſſionẽ: ſ; dũ pſa canit̃ ſacer. thurif. altare: deinde imaginẽ ſcti ſtephani: et poſtea dicat ſacerd. modeſta voce ℣. Glia ꝛ ho. Oro.

DA nobis q̃s dñe imitari qđ colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: q2 ei⁹ natalitia celebramus q̃ nouit etiã pro perſecutorib⁹ ſuis exorare dominũ noſtrũ ieſum chriſtum filiũ tuũ. Qui tecum viuit. In redeundo dicitur ℟. de ſancta maria: videlicet Stirps ieſſe virgam produxit/ virgaq; florem. Et ſuper hunc florem requieſcit ſpirit⁹ almus. ℣. Uirgo dei genitrix vĩga eſt/ flos fili⁹ eius. Et. cum hoc ℣. Specioſus forma pre filiis hominũ. ℟. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. non dicetur. Oro. De⁹ qui ſalutis. Ab hac die vſq; ad purifi. ſemper ad memo. beate marie dicitur ad matu. ℣. Poſt partũ. et ad veſ. ℣. Specioſus forma. tñ: niſi qñ ſit memo. de cõmemo. eiuſdẽ ad veſ. alicuius ſancti cũ hac añ. Sub tuã protectionem. tunc erit hic ℣. Sancta dei genitrix. et ſemp cũ oratione Deus q̃ ſalutis. Ubi nõ fit proceſſio de ſancto ſtephano dicetur ad memoriã eiuſdẽ. An. Tu principatũ tenes in choro martyrum ſimilis angelo: qui ꝑ te lapidantibus deũ deprecat⁹ es/ beate ſtephane intercede pro nobis ad dñm. ℣. Gloria ꝛ ho. oro. Da nobis. vt ſ. Et tunc nulla fiat memoria de ſancta maria ad matut. vſq; in craſti. circũciſionis: nec etiã ad veſ. niſi vbi fit proceſ. Ad complet. An. Natus eſt nobis hodie ſaluator qui eſt xps domin⁹ in ciuitate dauid. ps. Cũ inuocarẽ. cap. Tu in nobis. hy⁹. Saluator. ℣. Cuſtodi nos dñe. an. Alla. Uerbũ caro factum eſt alleluia: ꝛ habitauit in nobis alla alla. ps. Nunc dimittis. Preces ꝛ orones vt ſ. Hoc cõpleto. non mutat̃ vſq; ad circũciſionẽ dñi. an. vero ſuper pſalmum Nũc dimittis. ſz vſq; ad vigi. epipha. Et a prima die nati. dñi regẽdus eſt cho. i cappis ſericis vſq; ad Uetẽrem holem. Excepta vigi. epi. qñ extra do. contige.

¶ In die ſancti ſtephani ad matu. Inuitat. Chriſtum natum q̃ beatũ hodie coronauit ſtephanũ. Uenite adoremus. ps. Uenite. hy⁹. Martyr dei. In. j. noct. añ. Btũs ſtephanus iugi legis dei meditatiõe roborat⁹: tanq̃ lignũ fructiferũ ſecus ſalutariũ aquarũ plantatũ decurſus: fructũ martyriũ in tempore ſuo dedit primus. ps. Beatus vir. An. Conſtitutus a deo predicator preceptorū eius in timore ſancto illi ſeruire ſtuduit: officioq; fideliter peracto I mō te ſctō eius aſcendere dignus fuit. Ps. Quare fre. Añ. In tribulatione lapidū ſe premētium poſitus minis populi ſe circūdantis nō timuit: quia ſuſceptorē ſuū ieſum vt eum ſaluum faceret exurgere in celū vidit. Ps. Dñe quid multiplicati. ℣. Gloria ꝛ honore. Lectio prima.

HEri celebrauimus temporalē ſempiterni regis noſtri natalem: hodie celebram⁹ triūphalem militis paſſionē. Heri enī rex noſter trabea carnis indutus/ de aula vteri virginalis egrediens viſitare dignatus eſt mūdū: hodie miles de tabernaculo corporis exiēs/ triūphator migrauit ad celū. Ille ſempiterne deitatis maieſtate ſeruata ſeruile cinctoriū carnis aſſumens/ in huius ſeculi campum pugnaturus intrauit: iſte depoſitis corruptibilibus corporis indumentis/ ad celi palatiū perenniter regna-
turus aſcendit. Tu a. ℟. Heſter-
1 na die dñs natus eſt in terris vt ſte-
phanus naſceretur in celis. Ingreſſus eſt dñs in mundū. Ut ſtephan⁹ ingrederetur in celum. ℣. Heri enim rex noſter trabea carnis indutus de aula vteri virginalis egrediens viſitare dignat⁹ eſt mūdū. Ut ſte. c.ij.

ILle deſcendit carne velatus: iſte aſcēdit ſanguine laureatus. Aſcēdit iſte lapidātibus iudeis: quia ille deſcēdit letantibus angelis. Gloria in excelſis deo/ heri exultātes ſancti angeli cantauerunt: hodie ſtephanū letantes in ſuū cōſortiū ſuſceperūt. Heri dñs exiuit de vtero virginis: hodie miles egreſſus eſt de ergaſtulo carnis. Heri xp̄s pro nobis pānis eſt inuolutus: hodie ſtephanus ſtola eſt ab eo immortalitatis indutus. Heri preſepis anguſtia chriſtū portauit infantem: hodie immenſitas celi ſuſcepit ſtephanum triumphantē. Tu.
℟. Uidebāt oēs ſtephanum q̄ erāt 2
in cōſilio. Et intuebant vultum eius tanq̄ vultū angeli ſtantis inter eos. ℣. Stephanus autē plenus gratia ꝛ fortitudine faciebat ꝓdigia et ſigna magna in populo. Et. Lectio. iij.

SOlus deſcendit dominus: vt multos eleuaret. Humiliauit ſe rex noſter: vt ſuos milites exaltaret. Qui enim corpori ſuo virginis preparauit vterū: ipſe martyri ſuo aperire dignatus eſt celum. Dñs ieſus xp̄s anguſtias intrare nō dedignat⁹ eſt vteri: vt aiam ſtephani latitudo ſuſciperet celi. Neceſſarium tñ nobis eſt fratres agnoſcere quibus armis precinctus ſtephanus ſeuitiam iudeorū potuit ſuperare: vt ita meruiſſet feliciter triumphare. Neq; enim paruipendenda ſunt talis virtus taliſq; triumphus. Haud vero vilibus armis potuit premuniri: q̄ a multis nō potuit ſuperari ℟. Im-
petū fecerūt vnanimes in eū: ꝛ eiece 3
runt eum extra ciuitatem. Inuocātē et dicentem. Dñe accipe ſpm̄ meum. ℣. Stephan⁹ vel gratia plen⁹ erat:

in plebe multa ſigna faciebat: celos apertos aſpiciebat: ieſum ſtantem videbat a dextris dei: et dicebat. Dñe. R⁹ Gloꝛia deo patri ſummo/ eiuſqꝫ ſoli ſibi regi nato: ac vtriuſqꝫ ſpiritui ſancto ſicut erat pꝛimo ⁊ nunc ⁊ ſemper et in ſecula amẽ. Domine. Alij v⁹ R. in octa. die tãtũ ſi dñica fuerit. R⁹. Et teſtes depoſuerunt veſtimẽta ſua ſecus pedes adoleſcẽtis qui vocabatur ſaulus: et lapidabant ſtephanum. Inuocan. Glia. Domine.

2 In.ij.noctur. An. Lumine vultus tui dñe inſignitus pꝛotomartyr ſtephanus ſacrificium iuſtitie ſeipſum tibi ſacrificauit: ideoqꝫ in letitia cordis in pace obdoꝛmiens requieſcit. Ps. Cum inuoca. An. Benedictionis tue dñe munere iuſtificatus / et ſcuto tue pꝛotectiõis in paſſione munitus/ nominis ſui coronã ſtephan⁹ ate percipere meruit. Ps. Verba. An. O ꝙ̃ admirabile eſt nomen tuũ domine deus noſter: ꝑ quo beat⁹ ſtephanus paſſus/ gloꝛia et honoꝛe a te eſt coronatus: et ſup celos dono tue magnificentie exaltatus. Ps. Domine dñs nr̃. V. Poſuiſti do. Lec. iiij.

Inuicte nãqꝫ in eo enituit inſigne virtutis idicium: que nec frementiũ ſeuitiã foꝛmidauit: nec lapidãtium ictib⁹ deuicta ſuccubuit. Vſqꝫ adeo eñ inter fremẽtes pmãſit imperterrit⁹: ⁊ inter lapidũ fuit cruciamẽta ſecur⁹: vt icredulitatẽ iudeoꝝ fidẽter argueret/ ⁊ benignius ꝓ lapidãtibus exoꝛaret. Q̃d ergo tam magnũ atqꝫ inſuperabile genus armoꝝ/ quo munitus ſeuientes argueret: lapidantes non repercutiens/ ſed patiens ſuperaret: inſuper et occiſus aulam celeſtis regni viuus et coꝛonatus intraret? Pꝛoculdubio munimine regio ſeptus: nullaten⁹ eſt ab aduerſarijs ſuperatus. Q̃m rex noſter cum ſit altiſſimus / pꝛo nobis humilis venit: ſed inanis venire non potuit. 4 R. Impij ſuper iuſtum iacturam fecerunt: vt eũ moꝛti traderent. At ille gaudens ſuſcepit lapides vt mereretur accipere coꝛonam gloꝛie. V. Hebꝛeoꝛum gens perfida moꝛte xp̄i ſanguinea in ſtephanum maliuola perfecerunt cõſilia: quem occiderũt nequiter/ lapidãdo crudeliter. At. Alij v⁹ R. in octa. die tm̃ ſi do. fue. R. Continuerũt aures ſuas et impetum fecerunt vnanimiter in eum. At ille. Lectio. v.

Magnũ quippe donatiuũ ſuis militib⁹ attulit: quo eos nõ ſolũ copioſe ditauit/ ſed etiã ad certãdũ inuictiſſime cõfoꝛtauit. Attulit nanqꝫ donum charitatis: quo ꝑduceret hoies ad cõſoꝛtiũ deitatis. Q̃d ergo attulit erogauit/ nec ſibi aliq̃d minuit: ſed mirabiliter ⁊ ſuoꝝ fideliũ pauperiẽ ditauit: ⁊ indeficiẽtibus theſauris plen⁹ ipſe pmãſit. Charitas ergo q̃ ad terrã de celo depoſuit xp̄m: ipſa ſtephanũ de terris eleuauit ad celũ. 5 R. Lapidabãt ſtephanũ innocẽtem et dicentẽ. Dñe ieſu xp̄e accipe ſpm̃ meũ: et ne ſtatuas illis hoc peccatum. V. Poſitis aũt genibus beat⁹ ſtephan⁹ oꝛabat dicẽs. Do. Lec. vj

Charitas que pꝛeceſſit in rege: ipſa ſubſequenter refulſit in milite. O admirãda vbiqꝫ potētia ſaluatoris: o ꝓdicanda indeſinenter grā redemptoris. Oſtendit in matre virginitatis eterne miraculū: demonſtrauit in martyre inuicte charitatis indicium. Integritas quippe intemerata ꝑmanſit in virgine: dilectionis ꝯſtus inuicta perſeuerauit in martyre.

6 ℟. Lapides torrētes illi dulces fuerunt. Ipſum ſequūtur oēs anime iuſte. ℣. Mortem enim quā ſaluator dignatus eſt ꝓ oībus pati / hanc ille primus reddidit ſaluatori. Ipſum. Gloria. Ipſum. In. iij. noct. aña. In dño deo ſuo cōfiſus fortis athleta ſtephanus lapidum fortiter ſuſtinuit ictus: ⁊ idcirco ad montem virtutū tranſmigrauit victorioſus. Ps. In dño confido. Añ. Sine macula beatus ſtephanus ingreſſus eſt dñe in tabernaculum tuū: et quia operatus eſt iuſtitiam requieſcit in monte ſancto tuo. Ps. Dñe qs ha. Añ. Domine virtus ⁊ letitia iuſtorum: quoniam tu preueniſti dilectum tibi ſtephanum dono tue gratuite bñdictionis / te primum ſecutus eſt morte glorioſe paſſionis: vnde cū corona martyrij dediſti ei vitam in ſeculū ſeculi. Ps. Dñe in ꝯtute. ℣. Iuſtus vt palma florebit. Nō ħz diceri⁹. ℟. Sicut cedr⁹. Euāg. ſ. matheū.

Cap. xxvj. In illo tēpore. Dixit ieſus turbis iudeorū: ⁊ principibus ſacerdotū. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas et ſapiētes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris: et perſequemini de ciuitate in ciuitatem. Et reliqua. Homelia vene. bede pbři. Lectio. vij.

Sancti euāgelij lectio narrat ſuperius qualiter dñs incredulitatem iudeorum redarguēs / oſtenderit illos homicidarū eſſe filios: illorum videlicet q̄ ſanctos ꝓphetas occiderant. Ipſos quoqꝫ ſimilia ac etiā peiora facturos denunciauit: dicens. Et vos implete mēſuram patrum veſtroꝝ. Ac ſi aperte dixiſſet. Qđ illis defuit: vos implere cupitis. Quia illi perſecuti ſunt mēbra: vos caput perſequimini. Illi occiderunt prophetas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas: vos autem ipſum dominū qui ab eis predicat⁹ eſt interficere cogitatis.

7 ℟. Intuens in celū beatus ſtephanus vidit gloriam dei ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis ſtātem a dextris virtutis dei. ℣. Cūqꝫ aſpiceret beatus ſtephanus in celum vidit gloriam dei et ait. Ecce video celos apertos. Lectio. viij.

Deinde annectit que in preſenti lectiōe dicūtur. In quibus oſtendit vnum deū fuiſſe teſtamenti veteris ⁊ noui: dū dixit. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapientes ⁊ ſcribas. Quod tale eſt ac ſi diceret. Ego qui quondam miſi ad vos prophetas ⁊ ſapientes et ſcribas id eſt chriſtus: ⁊ nūc mitto ꝓphetas et ſapiētes ⁊ ſcribas. Fuerunt etenī in veteri teſtamēto ꝓphete ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribe: fuerūt ⁊ in nouo. In veteri teſtamēto fuerūt ꝓphete eſaias ⁊ hieremias ⁊ plures alij: in nouo aūt agabum ⁊ quatuor

Filias philippi legimus ꝓphe-
tasse. Et omnis qui in ecclesia
dei futuras penas reproborum
et premia iustorũ predicat/ pro
pheriam nunciat: & ꝓpheta di-
8 ti potest. Tu autẽ. ℞. Patefacte
sunt ianue celi christi martyri beato
stephano. Qui in numero sanctorum
inuentus est primus: et ideo triũphat
in celis coronatus. ℣. Vidit beatus
stephanus celos apertos: vidit et in-
troiuit. Qui in numero. Lectio. ix.

Sapientes vero in veteri
testamento fuerũt moy-
ses & salomon et alij: i nouo au
tem sc̄ti apostoli. Scribe quoqꝫ
fuerunt in veteri testamento si
cut esdras & neemias: & in no-
uo sancti euangeliste/ qui dicta
vel facta dñi nobis scripta reli
querunt. Sed sicut patres infi
delium iudeorũ priores ꝓphe-
tas ad se missos occiderunt: vt
esaiam quẽ secuerunt/ et hiere
miã quem lapidauerunt: ita et
isti post passionem dñi perfidi-
am suorũ patrũ sequentes/ san
ctos predicatores ad suã corre-
ctionem destinatos: diuersis pe
nis & mortibus affecerunt. Pe
trum enim et andream crucifi-
xerunt: paulum & iacobũ occi-
derunt: & beatum stephanum
(cuius hodie festũ recolimus)
9 lapidauerunt. Tu. ℞. Scte dei
preciose. vt supra ad ꝓcess. & dici
tur cũ suo ṽ ꝓsa & cum Gloria. Ab
omnibus diaconis scilꝫ in ecclesia
Sar. propter solẽnitatem dia-
conorum. Alibi vero vt i ecclesijs
parochialib' dicitur solummo-
do in processione ad vesperas.

Ubi vero nõ fit ꝓcess. facta ad
vesperas/ tũc dicitur hec ꝓsa ad
matu. suo loco in statione puer-
orum in superpelliceis. Similiter
fiat de scto iohanne: & de inno
centibus: et de scto thoma. Ad
laudes. ℣. Ora pro nobis. In lau.
An. Lapidauerunt stephanũ & ipse 1
inuocabat dominũ dicẽs: ne statuas
illis hoc pctm̃. ps. Dñs regnauit.
An. Lapides torrẽtes illi dulces fue 2
runt: ipsum sequuntur oẽs anime iu-
ste. ps. Jubilate. An. Adhesit ala 3
mea post te/ quia caro mea lapidata
est ꝓ te de' meus. ps. Deus deus
meus. An. Stephanus vidit celos 4
apertos vidit et introiuit: beatus ho
mo cui celi patebãt. ps. Benedici
te. An. Ecce video celos apertos et 5
iesum stantẽ a dextris dei. ps. Lau
date dominũ de cel'. Capitulũ.

Stephan' plenus gr̃a et Act.
fortitudine faciebat pro- vj. C
digia et signa magna in ꝑplo.

Sancte dei precio- Hym.
se ꝓtomartyr stephane:
qui virtute charitatis circũful-
tus vndiqꝫ/ dominum pro ini-
mico exorasti populo.
Funde preces pro deuoto tibi
nunc collegio: vt tuo ꝓpiciatus
interuentu dñs/ nos purgatos a
pctis iungat celi ciuibus.
Gloria & honor deo vsqꝫquo al
tissimo: vna patri filioqꝫ incly-
to paraclito/ cui laus est & pote
stas ꝑ eterna secula. Amen. ℣.
Justus ger. An. Impij super iustum
iacturã fecerũt vt eũ morti traderẽt:
at ille gaudẽs suscepit lapides vt me
reretur accipere coronam glie alla.
ps. Benedict'. Ora. Da nobis qs.

Memo. de nati. An. Uirgo hodie fidelis ꝛ ſi verbū genuit incarnatū: virgo manſit ꝛ poſt partū. quam laudātes omnes dicimus: benedicta tu in mulieribus. ℣. Benedict⁹ q̄ venit. Oꝛo. Concede q̄s oīps deus. Ad primā. An. Lapidauerunt. Ps. De⁹ in noīe. Ad .iij. An. Lapides torrentes. Ps. Legē pone. Cap. Stephan⁹ plenus grā. ℟. Glia ꝛ honore. cū allā. ℣. Et cōſtituiſti. ℣. Poſuiſti dn̄e. ſine allā. Oꝛo vt s. Et dicātur ℟. ſup hoc. cū allā. quotidie vſq; ad oct. epi. ⁊ in ipſis octa. Ad sextā. An. Adheſit. Cap.

Act. vj. G Cum autē eſſet ſtephanus plenus ſpiritu ſancto / intendēs in celū vidit gloriā dei: et ieſum ſtantem a dextris dei / ⁊ ait. ecce video celos apertos / et filiū hominis ſtātē a dextris virtutis dei. ℟. Poſuiſti dn̄e. cū alleluia. ℣. Coronā de lapide. ℣. Iuſtus vt palma. ℟m. Sicut cedrus. ſine allā. oꝛo vt s. Ad .ix. an. Ecce video. Ps. Mirabilia. Cap.

Ubi ſupra Poſitis autem genib⁹ beatus ſtephanus clamabat voce magna dicēs: domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. ⁊ cū hoc dixiſſet obdormiuit in dn̄o. ℟. Iuſtus vt palma. cum alleluia. ℣. Sicut cedr⁹. Alleluia. Gloria. ℣. Iuſtus germinabit. ℟. Et florebit. ſine alleluia. oꝛo vt s. Ad veſ. a. Tecum principium. Ps. Dixit dn̄s. Cap. Stephanus plenus. ℟. Impetum fecerūt. Hoc ℟. a ſolo diacono incipiatur ad gradū chori in cappa ſerica: ⁊ ſimꝰ ℣. ab omnibus diaconibus cantetur in ſuperpellicijs ad modū proceſſionis in ſtatiōe puerorum cum ℣. Gloria deo. hy⁹. Sancte dei precioſe. ℣. Iuſtus germinabit. Aña. Patefacte ſunt ianue celi chriſti martyri beato ſtephano: qui in numero ſanctorum inuētus eſt primus: ꝛ ideo triūphat in celis coronatus alleluia. Ps. Magt. Oꝛo. Da nobis. Memo. de natiuit. An. Lux orta eſt ſuper nos: quia hodie natus eſt ſaluator alleluia. ℣. Verbū caro. Oꝛo. Cōcede queſum⁹. Tūc conueniāt oēs ſacerdotes ī cappis ſericis cum cereis ardētibus: et ſic eat proceſ. ad altare apoſtoloꝝ per medium cho. cantādo ℟. cātore ſic incipiente. In medio eccleſie aperuit os eius. Et impleuit eū domin⁹ ſpiritu ſapiētie ꝛ intellect⁹. Tres ſacerdotes dicant ℣. Miſit dn̄s manum ſuā et tetigit os meū. Et impleuit. et omnes ſacerdotes ſimul dicāt proſam. Naſcitur ex patre zebedeo matre maria. et chorus ad vnumquemq; ℣. reſpōdeat A. ſi canen ℣. preced. ℣. Et volat ante alios in dn̄i theologia. ℣. Role reg; dei grā. ℣. Aſſena vicit gymnaſia. ℣. Uas penale. ℣. Ius letale. ℣. Pathmos exilia. ℣. Uocatur xp̄i preſentia ſenex ad cōuiuia. Et imple. non dr̄ Gloria patri, ad hāc proſam: ſed dū proſa canit thurificet ſacerđ. altare deinde imaginem ſancti iohannis. et poſtea dicat ſacer. modeſta voce An. Ualde honorandus eſt beat⁹ iohānes qui ſupra pect⁹ dn̄i in cena recubuit. ℣. In omnē terram. Oꝛo.

Eccleſiā tuā queſum⁹ domine benignus illuſtra: vt beati iohānis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per do. In redeundo de ſctā maria. ℞. Solem iuſtitie regem paritura ſupremū. Stella maris hodie proceſſit ad ortum. ℣. Cernere diuinū lumen gaudete fideles. Stella. ℣. Specioſus forma. ℞. Diffuſa. Ubi nō ſit proceſ. de ſctō iohāne tūc fiet in primis de eo mēo. ante mēo. de nati. cū hac aῆ. Ualde honorādus eſt beatus iohannes: qui ſupra pectus dn̄i in cena recubuit. ℣. In omnem terrā. Oratio. Eccleſiam tuam. vt ſupra.

¶ In die ſcti iohannis apl̄i ad mat. inuit. Adorem⁹ regē apoſtolorum. Qui ꝑuilegio amoris iohannē dilexit apoſtolū. ps. Venite. Hy⁹.

Bina celeſtis aule luminaria iacobe necnon iohannes theologe, poſcite nobis veniam rogantibus, quam venit chriſtus gratis dare miſeris.

Annue xpe. ꝛ dꝫ in hoc hym̄. Per horum tibi chara merita.

In .j. noctur. Aῆ. Johānes apoſtolus ꝛ euāgeliſta virgo eſt electus a domino: atqꝫ inter ceteros magis dilectus. ps. Celi enarrant. Aῆ. Supra pectus dn̄i ieſu recumbens euangeliū fluēta de ipſo ſacro dn̄ici pectoris fonte potauit. ps. Benedicā. Aῆ. Quaſi vnus de paradiſi fluminibus euangeliſta iohannes verbi dei gratiā in toto terrarū orbe diffudit. ps. Eructauit. ℣. In om̄m. Lec. j.

Iohannes apoſtol⁹ ꝛ euangeliſta, filius zebedei, frater iacobi, virgo eſt elect⁹ a domino: atqꝫ inter ceteros magis dilectus. Qui enim ſuper pect⁹ domini et magiſtri recūbens, euangelii ſui fluenta de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit: ꝛ quaſi vnus de paradiſi fluminibus verbi dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Tu autem. 1 ℞. Ualde honorādus eſt beatus iohannes: qui ſupra pectus dn̄i in cena recubuit. Cui chriſtus in cruce matrem virginem virgini commendauit. ℣. Uirgo eſt electus a domino: atqꝫ inter ceteros magis dilectus. Cui chriſtus. Lctō. ij.

Quiqꝫ in loco chriſti ipſo iubēte ſucceſſit: dn̄i ſuſcipiens matrem chriſti diſcipulus, par poſt chriſtū alter quodammodo derelictus eſt filius. Hic dum euangelium chriſti in aſia predicaret: a domitiano ceſare in pathmos inſula metallo relegatur. Ubi etiā poſit⁹ apocalypſim ſcripſit. 2 ℞. Hic eſt diſcipulus q̄ teſtimoniū perhibet de his: et ſcripſit hec. Et ſcimus qꝛ verū eſt teſtimonium eius. ℣. Qui cōteſtatus eſt verbū dei: ꝛ teſtimoniū ieſu chriſti in his q̄cūqꝫ vidit. Et. Lect. iij.

Interfecto autē a ſenatu domitiano: iohannes exilio reſolutus receſſit ad epheſum: ibiqꝫ ob hereticorū refutandas verſutias efflagitatus ab aſie epiſcopis, euangelium nouiſſimus edidit. Huius autem electi diſcipuli domini inter alias virtutes magnitudo ſignorū hec fuit. Mutauit in aurium ſilueſtres frondiū virgas: littoreaqꝫ ſaxa in gēmas. Item fragmina gemmarum in propriam reformauit naturā. ℞.

5 Iſte eſt iohãnes: qui ſup̃ pect⁹ domini in cena recubuit. Beatus apoſtolus cui reuelata ſunt ſecreta celeſtia. ℣. Iohannes is theologus quē vibrauit ſpirit⁹: aquila volans celit⁹/ palam fecit moꝛtalibus: chꝛiſtus ma-
2 rie filius/ ꝙ ſit verbū dei deus. Beatus. Gloꝛia ſit altiſſimo genitoꝛi ingenito: ingenitiq; genito: τ flamini paraclito. Beatus. Alius ℟. in oct. die tñ ſi dñica fuerit. ℣. Valde honorandus eſt beat⁹ iohannes: qui ſup̃ pectus dñi in cena recubuit. Beat⁹. Gloꝛia. Cui. In ſcdo nocturn. aña. In feruētis olei doliū miſſus iohannes apoſtol⁹: diuina ſe protegēte gratia illeſus exiuit. Ps. Oēs gentes. Añ. Propter inſuperabilem euangelizandi conſtātiam exilio relegat⁹/ diuine viſionis et allocutionis meruit crebꝛa cōſolatione releuari. Ps. Exaudi deus depꝛeca. Añ. Occurrit beato iohāni ab exilio reuertēti omnis populus viroꝛum ac mulierū clamantium τ dicentium: bñdictus qui venit in noīe dñi. Ps. Exaudi de⁹ oꝛationē. ℣. Cōſtitues eos. L. iiij.

VIduā quoq; precatu populi ſuſcitauit: et rediuiuum iuuenis coꝛpus remeante anima reparauit. Cū autē omnis ciuitas epheſioꝛū et omnes pꝛouincie aſie iohannem extollerent et pꝛedicarent: cultoꝛes idoloꝛum excitātes ſeditionem trahebāt iohannem ad templū diane/ vt ei feditatē ſacrificioꝛum offerret. Tunc beatus iohannes ait. Ducam vos ad eccleſiam domini noſtri ieſu chꝛiſti: vt inuocātes nomen diane veſtre/ ſi feceritis cadere eccleſiā eius/ conſentiā vobis. Sin autem: ego inuocās nomē domini mei/ faciam cadere templū hoc: τ cōminuā idolū veſtrum. Qḋ cum factū fuerit: iuſtū erit vt relicta ſuperſtitione veſtra/ ad deū meū conuertamini. ℟. 4
In die illa ſuſcipiam te ſeruū meum: et ponam te ſicut ſignaculum in conſpectu meo. Quoniā ego elegi te dicit dñs. ℣. Eſto fidelis vſq; ad moꝛtē et dabo tibi coronā vite. Qm. Lec. v.

HUic diffinitiōi maioꝛ pars populi cōſenſum pꝛebuit. Tunc beat⁹ iohānes dixit. Domine ieſu chꝛiſte: coꝛruat templum hoc cum vniuerſis idolis ſuis. Quo facto: clamauit populus. Unus eſt de⁹ verus: quem iohannes colit. Cumq; iohānes venenū bibiſſet/ et multi ex eo leſionē ſenſiſſent: duoſq; viros ex veneno defunctos ſuſcitaſſet: ariſtodimū idoloꝛum pontificem τ procōſulem baptizauit. Qui cōfringentes idola eccleſiam fabꝛicauerunt: in qua idē beatus iohannes aſſumpt⁹ eſt/ vt ſequēs ſermo declarabit. ℟.
Ecce puer me⁹ quem elegi (dicit dominus) elect⁹ meus. Complacuit mi- 5
hi in illo anima mea. ℣. Dedi ſpiritum meum ſuper eum: iudicium gentibus pꝛoferre. Cōplacuit. Lec. vi.

CUm eſſet iohannes annoꝛum nonaginta: dixit ei ieſus. Ueni dilecte mi ad me: quia tempus eſt vt epuleris in conuiuio meo cū fratrib⁹ tuis. Adueniente autem die dominica: beatus iohānes iuxta altare foueam fieri fecit/ in qua de-

ſcendēs gratias egit deo: et filios
eccleſie chꝛiſto oꝛans commēdauit.
Et cū popul⁹ reſpon
diſſet amē: lux magna per vnā
fere hoꝛam apparuit ſuper populum
/ vt nullus ſufferret aſpe
ctus. Poſt hec inuēta eſt foſſa 4
plena manna: quā gignit vſqꝫ
hodie. Unde quidam aſſerunt
eum adhuc viuere: nec moꝛtuū
ſed doꝛmientem in ſepulchꝛo ia
6 cere. ℟. Apparuit charo ſuo iohāni
dominus cum diſcipulis ſuis: et
ait illi. Ueni dilecte mi. Quia tēpus
eſt vt epuleris in conuiuio meo cum
fratribus tuis. ℣. Cumqꝫ compleſſet
apoſtolus curſum vite pꝛeſentis / apparuit
ei ſaluatoꝛ mundi: et ait illi.
Ueni. Gloꝛia. Quia. In. iij. nocturn.
An. Apparuit charo ſuo iohanni do
minus ieſus chꝛiſtus cum diſcipulis
ſuis / et ait illi: veni dilecte mi ad me /
quia tempus eſt vt epuleris in conui
uio meo cum fratribus tuis. Ps. Cō
fitebimur. An. Expandens manus
ſuas ad deum dixit: inuitatus ad conuiuium
tuū venio / gratias agens qꝛ
me dignatus es domine ieſu chꝛiſte
ad tuas epulas inuitare: ſciens ꝙ ex
toto coꝛde meo deſiderabam te. Ps.
Dñs regnauit exul. An. Domine
ſuſcipe me: vt cum fratrib⁹ meis
ſim cum quibus veniēs inuitaſti me /
et aperi mihi ianuam vite: et perduc
me ad conuiuiū epularū tuarum: tu
es enim chꝛiſt⁹ fili⁹ dei viui / qui pꝛe
cepto patris mundum ſaluaſti: tibi
gratias deferimus per infinita ſeculoꝝ
ſecula. Ps. Dñs regna. iraſ.
Cap. vlt. ℣. Nimis ho. Secūdum Iohannem.
IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus
petro. Sequere me.
Conuerſus petrus vidit illum
diſcipulum quem diligebat ieſus
ſequentem: qui et recubuit
in cena ſupꝛa pectus eius. Et
reliqua. Homelia venerabilis
bede pꝛeſbyteri. Lectio. vij.
Commendat nobis beatus iohannes
euāgeliſta et apoſtolus
pꝛiuilegiū amoꝛis p̄cipui: quo
ampli⁹ ceteris meruit honoꝛari
a domino. Cōmendat teſtimo
niū euāgelice deſcriptionis:
quod veritate diuina ſubnixū
nullus fideliū dubitare permit
titur. Cōmendat placidam ſue
carnis abſolutionē: quā ſpecia
liter domino ſe viſitante perce
pit. Tu autē. ℟. Sic eum volo 7
manere donec veniam. Quid ad te?
tu me ſequere. ℣. Hunc ergo cum vidiſſet
petrus / dixit ieſu: domine hic
autem quid? Quid. Lectio. viij.
CUm enī dñs poſt reſurre
ctionē ſuam ſeptē diſcipu
lis (inter quos petrus et iohānes
erāt) apparuiſſet: eiſqꝫ ad
pꝛandiū inuitatis in pꝛandēdo
ter amoꝛē confitēti petro oues
ſuas paſcēdas commiſiſſet: deinde
qꝛ pꝛo earūdē ouiū cura
vſqꝫ ad martyꝛiū crucis peruēturus
eſſet / intimauit. Sed ne
foꝛte grauis videret petro pꝛe
dicta a dño paſſio crucis: hanc
cōfeſtim lenire ſuo curauit exē
plo / dicēs. Sequere me. Ac ſi di
ceret. Quia ego pꝛius pꝛo tua
redemptiōe crucis ſupplicium
ſubire non timui: tu quoqꝫ pꝛo
mei confeſſione nominis crucē
pati foꝛmidare non debes. ℟.
Diligebat autem eum ieſus: quoniā 8

ſpecialis p̄rogatiua caſtitatis amplioꝛi
dilectione eum fecerat dignū.
Quia virgo electus ab ipſo: virgo in
euum permanſit. ℣. In cruce deniqꝫ
moꝛiturus/ huic matrē virginē virgini
cōmendauit. Quia v̄go. Lec. ix.

Secutus eſt autem cū petro
dominum et ille diſcipulus
quem diligebat ieſus: iohannes
videlicet ipſe cuius hodie
feſta celebꝛamus/ q̄ hoc ſcripſit
euāgelium. Diligebat autem
eum ieſus/ qꝛ ſpecialis pꝛerogatiua
caſtitatis amplioꝛi dilectione
eū fecerat dignū. Virgo
enim electus ab ipſo: virgo
in euum permāſit. Deinde moritur⁹
in cruce huic matrē ſuā
commendauit: vt virgo virginem
9 ſeruaret. ℟. In medio eccleſie.
vīs. ad p̄ceſſionem/ ⁊ dicitur
hic cū ſua ꝓſa: ⁊ cum Gloꝛia pa.
ab oībus ſacerdotibus. ℣. ante
laud. Valde honoꝛandus eſt beatus
iohānes. In laudibꝰ antiphona.
1 Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniū
perhibuit: ⁊ ſcimus qꝛ verum eſt
teſtimonium eius. ps. Dn̄s regnauit.
2 an. Hic eſt diſcipulus meus: ſic
eum volo manere donec veniā. ps.
3 Iubilate. an. Ecce puer meus electus
quem elegi: poſui ſuper eū ſpiritum
meū. ps. Deus deꝰ meꝰ. an.
4 Sunt de hic ſtātibus qui non guſtabūt
moꝛtem donec videāt filiū hominis
in regno ſuo. ps. Benedicite.
5 ā. Sic eū volo manere donec veniā:
tu me ſequere. ps. Laudate. Cp.
Eccl. xv. A Qui timet deum faciet bona:
et qui continens eſt
iuſtitie appꝛehendet illam: et
obuiabit illi quaſi mater honoriſicata.
hyꝰ. Exultet celū. ℣ꝰ.
Annunciauerūt opera dei. ℟. Et facta
eius. an. Iſte eſt iohannes qui
ſupꝛa pectus domini in cena recubuit:
beatus apoſtolus cui reuelata
ſunt ſecreta celeſtia. ps. Benedictus.
oꝛatio. Eccleſiam tuam.
Memo. de natiuit. an. Hodie intacta
virgo deum nobis genuit teneris
indutum membꝛis/ quem lactare
meruit: omnes ipſum adoꝛemus qui
venit ſaluare nos. ℣. Benedictꝰ qui
venit. oꝛo. Concede queſumus.
Memoꝛia de ſctō ſtephano ad
has matu. fiat cum hac an. ſiue
de eo pꝛius facta fuerit pꝛoceſ.
ſiue non: ſcilicet an. Sepelierunt
ſtephanum viri timoꝛati: ⁊ fecerunt
planctū magnum ſuper eū. ℣. Iuſtꝰ
germinabit ſicut lilium. ℟. Et floꝛebit
in eternum. oꝛo. Da nobis q̄s.
Ad pꝛimā. an. Hic eſt diſcipulus.
ps. Deus in noīe. Ad. iij. an.
Hic eſt diſcipulus. ps. Legem pone.
cp. Qui timet deū. ℟. ⁊ ℣.
de cōmuni vniꝰ apoſtoli ad omnes
hoꝛas dicūtur: cum alleluia.
et reſpōſiones verſiculoꝝ dicūtur
ſine alleluia. Ad ſextam. an.
Ecce puer. ps. Defecit. Capłm.
Cibabit illū dn̄s pane vite Eccl.
⁊ intellectꝰ: ⁊ aqua ſapientie 15. B
ſalutaris potabit illum:
et firmabitur in illo ⁊ nō flectetur/
⁊ cōtinebit illū ⁊ nō cōfundetur:
et exaltabit illum apud
pꝛoximos ſuos. Ad nonam. an.
Sic eū volo. ps. Mirabilia. Cp.
In medio eccleſie aperuit Sap.
os eius: ⁊ impleuit eū dominus 15. G
ſpiritu ſapiētie ⁊ intellectus/
ſtola gloꝛie induit eum.

Ad veſ. an. Tecum principiū. ps. Dixit dñs. cap. Qui timet deū. ℟. Iſte eſt iohannes. Hoc ℟. a ſolo dicet. incipiat ad grad. chori in cappa ſerica. Et ſimꝰ ℣. ab omnibꝰ ſacerdo. cantetur in ſuppelliciis ad modum pſe in ſtatione puerorū: cum ℣. Gloria ſit altiſſimo. hyꝰ. Exultet celum. ℣. Annūciauerūt opera dei. an. In medio eccleſie aperuit os eius: et impleuit eum dominus ſpiritu ſapiētie et intellectꝰ: ſtola glorie induit eum alleluia alleluia alleluia. ps. Magt. oro. Eccleſiam. Memo. de natiuit. an. Gaudeamꝰ omnes fideles: ſaluator noſter natus eſt in mūdum: hodie proceſſit proles magnifici germinis: et perſeuerauit pudor virginitatis. ℣. Verbum caro. oro. Concede q̄s. Iſte modus ſeruetur ad memo. de natiuit. in ℣. dicendis tam ad veſ. q̄ ad matu. ſcilicet ꝙ ad veſ. dicitur ℣. Verbū caro. et ad matut. dicit ℣. Benedictus qui venit. Memo. de ſancto ſtepha. cū hac an. In principatū. vbi proceſ. facta fuerit de eo. Vbi pro facta nō fuit. dicit an. Lapidauerunt. ℣ꝰ. Gloria et honore. oro. Da nobis q̄s. Similiter fiat de ſancto iohanne: et de ſancto thoma. Dictis vero proprijs añis de ſancto ſtepha. fiat de eo memo. cū añis de ſan. ſuo ordine. Quibus dictis: dicūtur añe de inno. ſimiliter ſuo ordine. Et de ſancto iohanne: et de innocētibus: et de ſancto thoma eodē modo fiat memo. In octa. vero predictorū ſanctorū dicitur vna de proprijs añis ad memo. que ibidē reperiunt notata: tunc eat proceſ. puerorū ad altare innocen. vel ſctē trinita. cū cappis ſericis et cereis illuminatis in manibus cantando. ℟. Centum quadraginta quattuor millia q̄ empti ſunt de terra: hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enī permanſerunt. Ideo regnāt cum deo: et agnus dei cum illis. Et epiſcopo puerorū (ſi velit) incipiente hunc ℟. tres pueri dicant ℣. Hi empti ſunt ex omnibꝰ primitie deo et agno: et in ore eorum non eſt inuentum mendacium. Ideo. Oēs pueri cantent ſimul proſam vt ſequit: vers. Sedentē in ſuperne maieſtatis arce. Et chorꝰ reſpondeat cantis proſe poſt vnumquēq; ℣. ſuper literā E. ℣. Adorāt humillime proclamātes ad te. ℣. Sancte ſancte ſabaoth rex ſctē. ℣. Plena ſunt oīa glorie tue. ℣ꝰ. Cum illis vndeuiginti quinq;. ℣. Atq; cū innocētiſſimo grege. ℣. Qui ſine vlla ſunt labe. ℣. Dicentes excelſa voce. ℣. Laus tibi ſit dñe rex eterne glorie. Ideo. Ad hāc proceſ. nō dr Gloria patri. ꝫ dū proſa canit: thurificet eps puerorū altare: deinde imaginē ſctē trini. et poſtea dicat ſacerd. modeſta voce hūc ℣. Letamini in dño. Oro.

Deus cuiꝰ hodierna die preconiū innocentes martyres nō loquēdo ſed moriendo cōfeſſi ſunt/ oīa in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidē tuam quā lingua nr̄a loquit/ etiā moribꝰ vita fateat. Qui cū deo patre et ſpū ſcō viuis et reg. In reuertēdo de ſcta ma. ℟. Felix nāq;. cū ſuo ℣. quo finito: dicat eps puerorū modeſtia voce ℟. Specioſus forma. Or. Deus qui ſalu. Que ſic terminetur. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus per omnia ſecula ſeculorū. Amē. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Deinde dicatur Benedicamus domino a duobus vel tribus extra regulam. Ubi vero non ſit proceſſio de innocētibus: tunc ſtat in primis de eis memo. ante memoriā de natiuitate domini cum hac aña. Innocentes ꝑ chriſto infantes occiſi ſunt: ab iniquo herode lactentes interfecti ſunt: ipſum ſequuntur agnum ſine macula / et dicunt ſemper: gloria tibi domine. ℣. Letamini in domino. Orō. Deus cuius hodierna. ¶ In die ſanctorum innocentium. Ad matu. Inuitato. Uenite adoremus dominū Qui in ſanctis glorioſus eſt. ps. Uenite. hy. Sanctorū meritis. In primo nocturn. aña. Herodes videns q illuſus eſſet a magis: miſit i bethleem et occidit omnes pueros q erāt in ea / ⁊ in omnibus finibus ei⁹. ps. Beatus vir. añ. Chriſtus infans non deſpexit ſuos coetaneos milites ſed prouexit: quibus dedit ante triūphare ꝙ loqui. ps. Quare fre. A. Arridebat paruulus occiſori: gladio adlocabatur infantulus: nutricis loco attendebat lactens percuſſoris horrorem. ps. In dño confido. ℣. Letamini in domino. Lectio prima.

Zelus quo tēdat / quo proſiliat liuor / inuidia quo feratur: herodiana hodie patefecit immanitas. Que dum temporalis regni emulatur anguſtias: eterni regis ortum molit extinguere. Herodes enim vidēs quia illuſus eſſet a magis: miſit in bethleem ⁊ occidit omnes pueros qui erant in ea / et in omnibus finibus eius. Dolet impietas ſe eſſe illuſam: fremit doloſitas ſe eſſe deceptam. Terreno querit furore: quē natum celitus non credit. Ad ſinus matrum militum cogit caſtra: inter vbera accē pietatis oppugnat. ℟. 1 Sub altare dei audiui voces occiſorum dicētium. Quare non defendis ſanguinem noſtrū? et acceperunt diuinum reſponſum / adhuc ſuſtinete modicū tempus: donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. ℣. Uidi ſub altare dei animas interfectorum propter verbum dei quod habebant: ⁊ clara voce dicebant. Quare non. Lectio ſcda.

Herodes poſſidens terrenum regnum: impugnat celeſte. Terrenis inhiās: ruit in diuina. Audierat natum regem: deſtinatur ad ſcelus. Cauſas innocentie nō requirit: cui de timore ſtat totum / de amore nihil cōſtat. Tu autem. ℟. 2 Sub throno dei omnes ſancti clamāt. Uindica ſanguinem noſtrum de⁹ noſter. ℣. Sub altare dei audiui voces occiſorum clamātiū ⁊ dicētiū. Uin. Lc. iii.

Herodes tunc cec⁹ ſic chriſtum gladijs querit / inueſtigat cruore / crudelitate rimatur. Succeſſorem timens / inceſſit in auctorē. Premit innocentes / volens innocentiam diripere. Negocium ſaluantis ſaluandorum iubet eſſe diſcri-

tnē. Quorum enim lingua ta-
cuit / oculi non viderunt / nil au-
dierunt aures / manus nil fece-
runt: apud herodem vero ſolum
ꝙ nati ſunt hoc fuit crimen.
Chriſtꝰ vero futurorū pſcius /
mentiū perſcrutator: non deſe-
ruit quos ſciebat querēdos eſ-
ſe propter ſe. Coetaneū ſibi nō
contēpſit exercitum. ℟. Dignꝰ a
dignis laudat' et inocēs inocētiū te-
ſtimonio cōprobat'. ℣. Accipiunt eū
a xp̄o et referunt: conſequunt' ꝛ red-
dunt. Et. Gloria. Te. In .ij. noc. an.
Norunt infantes laudare deū qui lo-
qui non nouerant: fiunt periti laude
ꝗ fuerant impiti ſermone. ps. Dñe
quis ha. an. Erigitur itaq; infan-
tium etas in laudē / que delictorū nō
nouerat crimē. ps. Conſerua. An.
Dignus a dignis laudat' / ꝛ innocens
innocentium teſtimonio comprobat'.
ps. Dñi eſt ter. ℣. Exul. in. L. iiij.

B Eati ꝗ labores in requiē /
in refrigeriū dolores / me-
rores in gaudium commutaue-
runt. Viuūt viuūt. Quare vi-
uunt? Quia ꝓ xp̄o merent' occi-
di. Beati vētres ꝗ portauerūt
tales. Beata vbera ꝗ ſe talibꝰ
infuderunt. Beate lachryme ꝗ
ꝓ talibus fuſe / flentibus gra-
tiam baptiſmatis contulerunt.
4 ℟. Effuderunt ſanguinē ſanctorum
velut aquam. In circuitu hieruſalē:
et non erat qui ſepeliret. ℣. Vindica
dñe ſanguinē ſanctorum tuorum qui
effuſus eſt. In circuitu. Lectio. v.

A Rridebat igitur paruulꝰ
occiſori: gladio adiocaba-
tur infantulus: nutricis loco at-
tendebat lactens percuſſoris hor-
rorem. Matres tulerunt quic-
quid et angoris extitit et dolo-
ris. Nā gladius filiorū pertrāſ-
iens mēbra / ad matrū corda de-
uenit: et neceſſe eſt vt ſint pre-
mij cōſortes: que fuerunt ſocie
paſſionis. ℟. Iſti ſunt ſancti qui 5
paſſi ſunt ꝓpter te dñe: vindica eos.
Quia clamāt ad te quotidie. ℣. Sub
throno dei oēs ſancti clamant: vindi-
ca ſanguinem noſtrū. Qu. Lec. vj.

N On enim carebunt mar-
tyrijs gaudio: martyrij
lachrymas que fuderunt. Hoc
loco attendat auditor: vt intelli-
gat martyrium non conſtare ꝓ
meritum / ſed venire per grām.
In paruulis que voluntas / qđ
arbitrium: vbi captiua fuit et
ipſa natura? De martyrio ergo
demus deo totum: nihil nobis.
Vincere diabolum / corpus tra-
dere / contēnere viſcera / tormē-
ta expēdere / laſſare tortorē / ca-
pere de iniurijs gloriā / de mor-
te vitam: nō virtutis humane
ſed muneris eſt diuini. ℟. No- 6
runt infantes laudare dominum qui
loqui non nouerāt. Fiunt periti lau-
de. Qui fuerāt imperiti ſermone. ℣.
Licet ſanguine loqui quibus lingua
non licuit: miſcent cū dño colloquia
quibus humana negata ſunt verba.
Fiunt. Gloria. Qui. In .iij. noctur.
An. Dicunt infantes domino laudes
trucidati ab herode: occiſi predicant
quod viui non poterant. ps. Exul-
tate iuſti. an. Licet ſanguine loq̄
ꝗbus lingua nō licuit: miſcent cū do-
mino colloquia quibus humana ne-
gata ſunt verba. ps. Benedicam.
an. Vindica domine ſanguinem ſan-

ctorum tuorum qui effuſus eſt. Ps. Deus venerunt. ℣. Juſtorum anime. Secundum matheum.

Cap. ij. C.

IN illo tempore. Angelus domini apparuit in ſomnis ioſeph: dicens. Surge/ ⁊ accipe puerū ⁊ matrē eius: ⁊ fuge in egyptū: ⁊ eſto ibi vſq; dū dicā tibi. Et reliqua. Homelia venera. bede pbr̄i. Lectio. vij.

De morte precioſa martyrū xp̄i innocētium ſacra eſt nobis fratres chariſſimi euāgelij lectio recitata: in qua tamen omnium chriſti martyrum p̄cioſa eſt mors deſignata. Qđ enim paruuli occiſi ſunt: ſignificat ꝑ humilitatis meritū ad martyrij perueniēdum gloriam. Qđ in bethleē ⁊ in omnib⁹ finibus eius occiſi ſunt: oſtendit nō ſolum in iudea (vnde eccleſie origo cepit) ſed et in omnib⁹ eiuſdem eccleſie finibus quacūq; ꝑ orbem parte diffuſa eſt/ perſecutionem ſeuituram perfidorū: et piorū patientiam eſſe coronandam.
7 ℟. Iſti ſunt ſancti q̄ nō coinquinauerunt veſtimenta ſua. Ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt. ℣. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Ambulabunt. Lectio. viij.

QUi a bimatu occiſi ſunt: doctrina ⁊ operatiōe perfectos indicāt. Qui vero infra: ſimplices vel idiotas/ fidei tamen non ficte conſtantia fortes eque denunciant. Qđ illi quidē occiſi ſunt/ ſed chriſtus qui querebatur viuens euaſit: inſinuat corpora quidē ab impijs poſſe perimi/ ſed chriſtū (ꝑ quo perſecutio tota ſeuit) nullatenus eis vel viuentibus vel occiſis poſſe auferri: ſed eos veraciter cōteſtari/ quia ſiue viuimus ſiue morimur domini ſumus.
8 ℟. Adorauerunt viuētem in ſecula ſeculorum. Mittentes coronas ſuas ante thronum domini dei ſui. ℣. Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas: et benedixerunt viuentem in ſecula. Mittētes coronas. Lectio. ix.

VAticinium aūt hieremie quo dicitur/ vox in rama (id eſt ī excelſis) audita eſt/ ploratus et vlulatus: manifeſte denunciat luctū eccleſie quo de iniuſta mēbrorum ſuorū nece gemit: nō (vt hoſtes garriunt) in vacuū cedere: ſed vſq; ad ſoliū ſuperni aſcendere iudicis. Et ſicut protomartyris abel: ita etiam ſanguinem ceterorū martyrum de terra clamare ad dominum. Quod rachel ploraſſe filios ſuos dicitur/ nec voluiſſe conſolari quia non ſunt: ſignificat eccleſiā plorare quidē ſanctorum de hoc ſeculo ablationē: ſed nō ita velle conſolari vt q̄ ſeculum morte vicerūt/ rurſus ad ſeculi certamina ſecū tolleranda redeant.
9 ℟. Centum quadraginta. vrs ad ſecc. et dicitur hic cum ſua proſa ⁊ cū ℣ſu. Gloria patri. ℣. Juſti autem in perpetuū viuent. In laud.
1 An. Herodes irat⁹ occidit multos pueros in bethleē iude ciuitate dauid. Ps. Dominus regnauit.
2 An. A bimatu ⁊ infra occidit multos pueros herodes propter dominum. Ps. Jubilate.
3 An. Vox

in rama audita eſt ploratus et vlula-
tus: rachel plorans filios ſuos. ps.
4 Deus deus meꝰ. ãn. Sub throno
dei omnes ſancti clamãt: vindica ſan
guinē noſtrum deꝰ noſter. ps. Be-
5 nedicite. ãn. Laudes reddãt pueri
tibi rex ſabaoth: qui ꝑ tropheū ꝑ te
factum exultãt inocētes. ps. Lau-
date dñm de celis. Capitulum.
Apo. xiiij. Vidi ſupra mōtem ſion a-
gnum ſtantem/ ⁊ cum eo
centum quadraginta quatuor
milia: habentes nomen eius et
nomen patris eius ſcriptum in
frōtibus ſuis. hyꝰ. Rex glorio-
ſe martyrum. ℣. Mirabilis deꝰ.
ãn. Hi ſunt qui cum mulieribus nō
ſunt coinquinati: virgines enim ſunt
et ſequuntur agnum quocunqȝ ierit.
ps. Benedictus. or. Deus cuius
hodierna. Memo. de nati. ãn.
Neſciens mater virgo virum pepe-
rit ſine dolore ſaluatorem ſeculorum:
ipſum regem angelorum ſola virgo
lactabat vbera de celo plena. ℣. Be-
nedictus. or. Cōcede q̄s. Memo. de
ſancto ſtepha. vbi ꝓceſ. de eo fa
cta fue. cū hac ãn. Lapidauerunt.
vbi vero ꝓceſ. facta non fuerit
hꝫ ãn. Lapides torrentes. ℣. Iuſtꝰ
ger. or. Da nobis q̄s. Memo.
de ſancto iohan. vbi ꝓceſ. de eo
facta fue. cum hac ãn. Valde ho
norandus. ℣. Annunciauerunt. oro.
Eccleſiam tuam. vbi vero pro-
ceſ. de eo prius facta non fuerit:
dicitur iſta ãn. Hic eſt diſcipulus.
℣. Valde honorandus. oro. Eccle-
ſiam tuã. Dictis memorijs di-
cat ep̄s puerorum bñdictionem ſu-
per pplm ſicut ⁊ poſt cōple. ſu-
pra dictū eſt. Ad pimã. ãn. Vero
deo iratus. ps. Deꝰ in noie. Ad
iij. ãn. A bimatu. ps. Legē pone.
cp. Vidi ſupra mōtē. ℟. et ℣.
de cōi plu. mar. ad oēs hor. dñt
cū alla. ⁊ reſpōſio. ℟. ſine alla.
dicitur. Ad vj. ãn. Vox in rama. ps.
Defecit in ſalutare. Capitulū.
Hi ſunt q̄ cū mulieribꝰ nō Apo.
ſunt coinquinati: virgines xiiij.
enī ſunt. Ad nonã ãn. Sub thro-
no. ps. Mirabilia. Capitulum.
Hi empti ſunt ex oībꝰ ꝑmi Apo.
tie deo et agno: et in ore xiiij.
eorū non eſt inuentū mēdaciū.
Ad veſp. ãn. Tecū pncipiū. ps.
Dixit dñs. cp. Vidi ſupra mon
tē. ℟. Centū quadraginta. Hoc ℟.
ab vno ſolo puero incipiat ad
gradū cho. i cappa ſerica: ⁊ ſuꝰ
℣. ab oībꝰ in ſuppellicijs cãte
tur iſta. puero. cū pſa ſi placet
et cū Gl'a pri. hyꝰ. Rex glorioſe
marty. ℣. Mirabilis deus. ãn. Ec
ce vidi agnū ſtantem ſupra montem
ſion et cum eo ſanctorū milia: ⁊ habe-
bant nomē eiꝰ ⁊ nomē patris eiꝰ ſcri
ptū in frōtibus ſuis. ps. Magnificat. or.
Deus cuiꝰ. Memo. de nati. ãn.
Virgo verbo concepit: virgo permã
ſit: virgo peperit regē omniū regū.
℣. Verbū caro. oro. Cōcede q̄s.
Mēo. de ſctō ſtephã. vbi ꝓceſ.
de eo priꝰ facta fue. cū hac ãn.
Lapides. vbi vero ꝓceſ facta nō
fuerit: dicit ãn. Adheſit anima.
℣. Gloria et honore. oro. Da no-
bis. Memo. de ſctō iohãne vbi
ꝓceſ. de eo priꝰ facta fuerit cū
hac ãn. Hic eſt diſcipulꝰ meꝰ. vbi ille
vo ꝓceſ. facta nō fue. dicit ãn.
Hic eſt diſcipulus ille. ℣. Valde ho meus
norandus. oro. Eccleſiam tuam.

Poſtea accipiat cruciferarius baculum ep̄i ꝛ cantet añ. Principes eccleſie, ~~ſicut ad .j. veſ. Similiter ꝛ ep̄s puerorum benedicat populum ſupradicto modo: et ſic compleatur officium puerorum huiꝰ diei. Tunc eat proceſſio ad altare ſancti thome martyris. habitu nõ mutato abſq; cereis in manibꝰ cantando rꝭ. cantore incipiente. Rꝭ. Jacet granum oppreſſum palea: iuſtus ceſus prauorum framea. Celum domo commutans lutea. V. Cadit cultor vitis in vinea/ dux in caſtris/ cultor in area. Celum do. Deinde dicatur proſa a duobus qui voluit in ſuperpellicijs coram altari. Proſa.~~

~~¶ Clangat paſtor in tuba cornea. Chorus reſpondeat cantum proſe poſt vnumquemq; verſum ſuper literam A.~~

~~V. Ut libera ſit chriſti vinea. V. Quam aſſumpſit ſub carnis trabea. V. Liberauit cruce purpurea. V. Aduerſatrix ouis erronea. V. Fit paſtoris cede ſanguinea. V. Pauimentum chriſti marmorea. V. Sacro madent cruore rubea. V. Martyr vite donatum laurea. V. Uelut granum purgatum palea. V. In diuina transfertur horrea. Celum. Ad hanc proceſ. nõ dicitur Gloria patri. ſed dum proſa cantatur thurificet ſacerdos altare: deinde imaginem beati thome mar. ꝛ poſtea dicitur modeſta voce V. Ora pro nobis beate thoma. Rꝭ. Ut digni efficiamur promiſſionibꝰ chriſti. Oratio.~~

~~Deus pro cuius eccleſia glorioſus pontifex thomas gladijs impiorum occubuit: preſta quęſumus vt omnes qui eiꝰ implorant auxilium/ petitionis ſue ſalutarem conſequantur effectum. Per.~~

In redeundo dicitur rꝭ. de ſancta maria. Te laudant angeli ſancta dei genitrix que virum nõ cognouiſti ꝛ dñm in tuo vtero baiulaſti: concepiſti per aurem dñm noſtrum. Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. Vꝰ. Paries quidem filium ſed virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida et eris mater ſemper intacta. Ut bñ. ~~Ubi vero nõ fit proceſſio de ſancto thoma: tunc fiat in primis de commemo. ante memo. de nati. cum hac añ. Paſtor ceſus in gregis medio pacem emit cruoris precio. letus dolor in ſimul gaudio grex reſpirat paſtore mortuo: plangens plaudit mater in filio qui viuit victor ſub gladio. V. Ora pro nobis. Oratio. Deus pro cuius. Ad ſequentes añ. dicantur ad memo. de innoc. per oct. quibus dictis dicatur añ. de lau. ꝛ poſtea de noct.~~ Añ. Lauerunt ſtolas ſuas et candidas eas fecerunt in ſanguine agni. V. Ambulabunt mecum in albis quoniam digni ſunt: et non delebo nomina eorum de libro vite. Añ. Cantabant ſancti canticum nouum ante ſedem dei et agni: et reſonabat terra in voces eorum.

~~¶ In die ſancti thome martyris. Ad matut. Inuitat. Adeſt thome martyris ſollennia. Virgo mater iubilet eccleſia. Ps. Venite exul. Hym. Martyr dei qui vnicum. In .j. nocturno. Añ. Summo ſacerdotio thomas ſublimatus: eſt in virum alium ſubito mutatus. Ps. Beatus vir. Añ. Monachus ſub clerico clam cilicatus: carnis carne fortior edomat conatus. Ps. Quare fremu. Añ. Cultor agri domini tribulos euellit: et vulpes a vinea arcet et expellit. Ps. Dñe quid mul. V. Gloria ꝛ honore. L. ss. j.~~

GLorioſi martyris thome fratres chariſſimi natalē celebrātes: quia totius vite et cōuerſationis eius inſignia recolere non ſufficim⁹ / paſſionis eius modū cauſamq; ſuccinct⁹ ſermo percurrat. Beat⁹ igitur thomas ſicut in cancellarie vel archidiaconat⁹ officio in reb⁹ gerēdis incomparabiliter extiterat ſtrenu⁹: ita ⁊ poſt ſuſceptum paſtoris officiū ſupra humanā exiſtimationē factus eſt
8 deo deuot⁹. ℟. Studens liuor thome ſupplicio thome genus dānat exilio. Tota ſimul exit cognatio. ℣. Ordo / ſexus / etas / conditio: nullo gaudet hic priuilegio. Tota. Lectio .ij.

COnſecratus enim repēte mutatus eſt in virū aliū. Cilicium etiam induit: femoralibus etiā vſus eſt vſq; ad poplites ciliciniis. Et ſub veſtis clericalis honeſtate habitū celans monachalē: carnē prorſus ſeruire ſpiritui coegit / deo ſtudēs omnium virtutum exercitio ſine intermiſſione placere. Sciens igitur ſe cultorē poſitū in agro dominico / in vinea cuſtodem / paſtorē in caulis: miniſterium ſibi creditū ſtudioſe cō
2 pleuit. ℟. Thomas manum mittit ad fortia: ſpernit damna / ſpernit opprobria. Nulla thomā frāgit iniuria. ℣. Clamat cunctis thome cōſtātia: oī ſolū eſt forti patria. Nulla. Lec. iij.

IVra ⁊ dignitates eccleſie (quas ſibi publica poteſtas vſurpauerat) reſarcire / et in ſtatū debitū reuocare conatus eſt. Vnde grauis queſtione ſuper iure eccleſiaſtico ⁊ regni cōſuetudinib⁹ inter ipſum ⁊ regem anglorū exorta: coacto cōcilio ꝓpoſite ſunt cōſuetudines ille / quas idem rex tā archiepiſcopi ꝙ ſuffraganeorū ſuorum ſcripto roborari pertinaciter exegit. Negauit conſtāter archiepiſcopus: manifeſtā in eis aſſerens libertatis eccl'ie ſubuer
ſionem. ℟. Iacet granū. Vt ſupra 8
ad ꝓceſſionē: ⁊ dr hic ſine ꝓſa / ſiue ꝓceſſio de ſancto thoma facta fuerit: ſiue nō. In .ij. noc. A. Nec in agnos ſuſtinet lupos deſeuire: nec in ouium olerū tineā tranſire. Ps. Cū inuocarē. An. Exulat vir optimus ſacer ⁊ inſignis: ne cedat eccleſie dignitas indignis. Ps. Verba mea. An. Exulantis predia preda ſunt malignis: ſed in igne poſitum nō exuritur ignis. Ps. Domine dñs noſter. ℣. Poſuiſti domine. Lectio .iiij.

AFfectus eſt igitur contumelijs immēſis: damnis grauiſſimis attritus / et innumeris laceſſitus iniurijs. Tandem morte ſibi intentata: quia cauſa eccleſie nondū plene innotuerat / ⁊ perſonalis videbatur perſecutio: cedēdum cēſuit eſſe malitie. Act⁹ igitur in exilium / a dño papa alexandro ſenonis honorifice ſuſceptus eſt: et in monaſterio pontiniacenſi ſtudioſe cōmendatus. Confiſcātur interim in anglia omnes archiepiſcopi redditus / vaſtātur predia / poſſeſſiones diripiunt / et excogitato nouo ſupplicij genere tota ſimul ꝓſcribitur thome cognatio. ℟. Tunc et ſumma 4

~~rerum letitia summus plãctus fit in ecclesia: de patroni tanti absentia. Sed cum redeunt miracula redit populo letitia. ℟. Cõcurrit turba plurimorum languidorum: et cõsequitur gratiam remediorũ. Sed cũ. Lec. v.~~

~~OMnes etiã amici ei⁹ vel familiares vel quicũque eum quocunque titulo contingebãt: sine delectu cõditionis aut fortune/ dignitatis aut ordinis/ etatis aut sex⁹ pariter relegantur. Nam et senes et decrepiti/ vagiẽtes in cunis et mulieres in puerperio decubãtes: in exiliũ acti sunt. Quotquot autem discretionis annos attigerant: tactis sacrosanctis iurare compulsi sunt q̄ mari trãsito statim cantuariẽsi archiepõ se presentarent: vt vel cõpassionis gladio totiẽs cõfossus/ conceptum animi rigorẽ ad regis voluntatẽ inflecteret. Sed vir dei manum suã mittens ad fortia: exiliũ/ dãna/ cõtumelias et opprobria/ parentũ et amicorũ proscriptionẽ pro xp̄i noĩe constanter sustinuit: nulla prorsus tactus~~ 5 ~~aut immutat⁹ iniuria. ℟. Mundi florem a mũdo conteri rachel plorans iam cessa conqueri. Thomas cesus dum datur funeri nouus abel succedit veteri. ℣. Vox cruoris vox sparsi cerebri/ celum replet clamore celebri. Thomas. Lectio sexta.~~

~~TAnta nãq̄ fuit confessoris xp̄i constantia/ vt omnes coexules suos docere videretur: q2 omne solũ forti patria est. Audiens ergo rex immobilem eius constantiam/ directis per abbates quosdã cisterciensis ordinis ad capitulũ generale literis cominatoriis: eum a põtiniaco perturbare curauit. Timẽs autẽ beat⁹ thomas occasione sui patris sanctos imminere dispendiũ: spõte recessit. Sed anteq̄ progrederetur diuina reuelatiõe confortatus est: ostẽso sibi celitus indicio q̄ ad ecclesiã suam reditur⁹ esset cũ gl'ia: et per martyrii palmã migraturus ad dñm. ℟. Xp̄e iesu per~~ 6 ~~thome vulnera que nos ligant relaxa scelera. Ne captiuos ferãt ad infera hostis mundus vel carnis opera. ℣. Per te thoma post leue munera amplexet nos dei dextera. Ne capti. Gloria. Ne capti. An. iii. noct. An. Sathane satellites irrumpentes templum/ inauditum perpetrant sceleris exẽplum. Ps. In dño confido. An. Strictis thomas ensibus obuiã procedit: non minis/ nõ gladiis/ sed nec morti cedit. Ps. Dñe quis habi. An. Felix locus felix ecclesia in qua thome viget memoria: felix terra q̄ dedit presulem/ felix illa que fouit exulem: felix pater succurre miseris vt felices iungamur superis. Ps. Domine in virtu. ℣. Iustus vt palma. ¶ Secundum Iohannem.~~

Ca
x. B

~~IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suã dat pro ouib⁹ suis. Et reliqua. Homel'. bti grego. pp. Lec. vii.~~

~~Audistis fratres charissimi ex lectiõe euãgelica eruditionẽ vestram: audistis et periculum nostrũ. Ecce enim is qui nõ ex accidenti bono sed essentialiter~~

~~bonꝰ eſt: dicit. Ego ſum paſtor bonus. Atqꝫ eiuſdem bonitatis formã quã nos imitemur adiũgit / dicens. Bonus paſtor animam ſuã dat pro ouibꝰ ſuis. Fecit quod monuit: oſtendit quod iuſſit. Bonus paſtor pro ouibꝰ ſuis animam ſuã poſuit: vt in ſacramẽto noſtro corpus ſuum et ſanguinem verteret: ⁊ oues quas redemerat carnis ſue alimento ſatiaret. Tu autẽ.~~

7 ~~℟. Thome cedunt et parent olim peſtes / morbi / mores demonia. Ignis aer tellus ⁊ maria. ℣. Thomas mundũ repleuit gl'ia / thome mũdus preſtet obſequia. Ignis. Octaua ⁊ .ix. lc. de paſſione ſci thome legantur: ⁊ nõ de expõne euãge. Lec. viij.~~

~~Exilij ſui ãno ſeptimo rediit paſtor nobilis in angliam: vt oues chriſti a morſibus luporum liberaret. Quinto / ſeo dominice natiuitatis die venerunt cantuariam anglici quatuor viri / preclari quidẽ genere: ſed malefactis famoſi. Et ingreſſi pontificẽ verbis cõtumelioſis aggrediunt: laceſſunt cõuicijs / tandẽqꝫ minas ei graues intẽtant. Reſpõdit vir dei modeſte (iuxta quod ratio exigebat) ad ſingula: adijciẽs multas ſibi ⁊ eccleſie dei poſt pacis reformationem irrogatas eſſe iniurias: nõ eſſe que errata corrigeret: diſſimulare ſe decetero nec poſſe nec velle / quin cure paſtoralis officium exerceret. Tu autem.~~

8 ~~℟. Nouis fulget thomas miraculis: membris donat caſtratos maſculis. Ornat viſu priuatos oculis. Illos. Mundat lepre conſperſos maculis: ſoluit mortis ligatos vinculis. Ornat. Lectio. ix.~~

~~Irruentes igitur in paſtorem pium lupi rapaces: in patrẽ proprium degeneres filij: in hoſtiam xp̃i crudeliſſimi lictores: conſecratam capitis coronã funeſtis gladijs amputauerũt. Et cerebrũ dñi ſolo tenꝰ precipitantes / cerebrũ cũ ſanguine (quod dictu quoqꝫ horrendum eſt) per pauimentum crudeliſſime ſparſerunt. Sic itaqꝫ granum frumenti oppreſſit palea: ſic vinee cuſtos in vinea / dux in caſtris / in caulis paſtor / cultor in area ceſus eſt. Sic iuſtus ab iniuſtis occiſus: domũ luteam celeſti palacio commutauit. Tu autem.~~

9 ~~℟. Jeſu bone per thome merita / noſtra nobis dimitte debita: domũ porta / ſepulchrũ viſita. Et a trina nos morte ſuſcita. ℣. Actu mente veloſu perdita pietate reſtaura ſolita. Et a trina. Gloria. Et a tri. ℣. Ora pro nobis beate thoma. ℟. Ut digni. In laudibꝰ. An.~~

1 ~~Granũ cadit / copiam germinat frumẽti: alabaſtrũ frãgit / fragrat vis vnguẽti. ps. Dñs reg. An.~~

2 ~~Totꝰ orbis martyris certat in amore: cuiꝰ ſigna ſingulos agũt in ſtupore. ps. Jubilate. An.~~

3 ~~Aqua thome quinqꝫ variãs colorẽ: in lac ſemel trãſiit / quater in cruorẽ. ps. Deꝰ deus meꝰ. An.~~

4 ~~Ad thome memoriã quater lux deſcẽdit: et in ſancti gloriã cereos accendit. ps. Benedicite. An.~~

5 ~~Tu per thome ſanguinem quẽ pro te impendit: fac nos xp̃e ſcandere quo thomas aſcendit. ps. Laudate. An. Ora pontifex.~~

hy⁹. Deus tuorū militū. ℣. Juſtus germinabit. An. Opem nobis o thome porrige: rege ſtātes / iacentes erige / mores actus ꝛ vitā corrige / et in pacis nos viā dirige. ps. Bñdictus. oro. De⁹ pro cui⁹. Mēo. de nati. An. Beatus venter qui te portauit chriſte: et beata vbera q̄ lactauerūt dn̄m ꝛ ſaluatorem mundi alleluia. ℣. Bñdict⁹ q̄ venit. oro. Concede queſumus. Mēo. de ſancto ſtephano vbi proceſ. pri⁹ de eo facta fuerit cum hac an. Adheſit anima. vbi vero proceſ. facta non fuerit dr̄ an. Stephanus vidit. ℣. Poſuiſti dn̄e. oro. Da nobis. Memo. de ſctō iohā. vbi proceſ. de eo prius facta fuerit cum hac an. Hic eſt diſcipul⁹ meus. vbi ṽo proceſ. facta nō fuerit dicitur an. Ecce puer. ℣. Valde hono. oro. Eccleſiā. Mēo. de innocen. vbi proceſ. puerorū factā fue. cū hac an. Innocentes pro xp̄o. vbi ṽo proceſ. facta nō fue. dr̄ an. Lauerunt ſto. ℣. Mirabilis deus. oro. Deus cuius hodi. Ad .j. ā. Grauū. ps. De⁹ in noīe. Ad .iij. ā. Tota [illegible]. ps. Legē pone. cpm. Oīs pōtifex. R̸. ꝛ ℣. de cōi vnius mar. ꝛ pōtifi. ita q̄ R̸ia dicatur cū alla. Ad .vj. ān. Aqua [illegible]. ps. Defecit. Ad .ix. ān. Tu per thome. ps. Mirabilia. Ad veſ. an. Legum principiū. ps. Dixit dn̄s. cp. Oīs pontifex. R̸. Jeſu bone. et dr̄ a trib⁹ pueris de ſuperiori gradu ſicut in ceteris feſ. dupli. per annū. hy⁹. De⁹ tuorū militū. ℣. Juſtus ger. an. Salue thoma virga iuſticie / mundi iubar / robur eccleſie / plebis amor / cleri delicie. Salue gregis tutor egregie: ſalua tue gaudentes glorie. ps. Magt. oro. Deus pro cuius. Mēo. de natiui. An. Virgo dei genitrix: quē totus nō capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera fact⁹ homo. vera fides geniti / purgauit crimina mundi: ꝛ tibi virginitas inuiolata manet. ℣. Verbū caro. oro. Concede q̄s. Memo de ſctō ſtepha. vbi proceſ. de eo prius facta fuerit cū hac an. Stephan⁹. vbi ṽo proceſ. factā nō fuerit: tūc dr̄ an. Ecce video. ℣. Glīa ꝛ honore. oro. Da nobis q̄s. Mēo. de ſctō iohāne vbi proceſ. de eo factā fue. cū hac ā. Ecce puer. vbi ṽo nō / tūc dr̄ an. Sunt de hic. ℣. Valde hono. oro. Eccleſiā. Mēo de innocē. vbi proceſ. puerorū facta fuerit cū hac an. Lauerūt ſtolas. vbi ṽo non: tunc dr̄ an. Ambulabūt. ℣. Letamini. oratio. Deus cuius ho.

¶ Sexta die a nati. dn̄i. Ad matu. inuit. hy⁹ / āe / ps / ſicut in die nati. dn̄i dr̄r. ℣. Tanq̄ ſpon. tres lc. ſtāt cū reg. cho. ¶ S. Lucā.

IN il. t. Erāt pater ꝛ mater ieſu mirātes ſup his q̄ dicebant̄ de eo. Et rl. Sermo ep cōmē. vene. bede p̄bri. Lec. j.

Patrē ſaluatoris appellat ioſeph: nō q̄ vere (iuxta fotinianos) pater fuit ei⁹: ſed q̄ ad famā marie cōſeruandā pater ſit ab oībus exiſtimat⁹. Neq̄ eni oblit⁹ eſt euāgeliſta q̄ eā de ſpiritu ſctō cōcepiſſe ꝛ ṽginē peperiſſe narrauerit: ſꝫ opinionē vulgi exprimēs (q̄ ṽa hiſtorie lex eſt) patrē ioſeph nuncupat xp̄i. R̸. Hodie nobis celorū. lec. ij.

Quāuis et eo modo pater illi

Ca

i. c

valet dici/ quo et vir marie recte intelligit̄ ſine cōmixtione carnis ip̄a copulatiōe cōiugij/ multo vez cōiunctius ꝙ ſi eſſet aliūde adoptatꝰ. Necꝫ eñ ppterea nō erat appellandus ioſeph pater xp̄i: qꝛ nō eū concūbēdo genuerat: quādoquidē recte pr̄ eſſet etiā eius quē nō ex ſua cōiuge pcreatū aliūde
1 adoptaſſet. ℟. Hodie nobis de celo.

Et bñdixit illis ſimeon: L. iij. et dixit ad mariā matrem eiꝰ. Ecce poſitus eſt hic in ruinā/ ⁊ in reſurrectionē multorū in iſrael: ⁊ in ſignum cui cōtradicetur. Bene in reſurrectionē: qꝛ lumē eſt/ qꝛ glīa plebis iſrael. Qꝛ dicit. Ego ſum reſurrectio et vita: qui credit in me etiā ſi mortuꝰ fuerit viuet. Et omnis qui viuit ⁊ credit in me: nō morietur in eternū. Quomodo autē in ruinā: niſi qꝛ eſt lapis offenſionis ⁊ petra ſcādali (id eſt ruine) his qui offendunt verbo nec credūt? De q̄bus ipſe ait. Si nō veniſſem et locutus eis fuiſſem: peccatū non haberēt.
3 ℟. Deſcēdit de celis. ꝟs. Te deū. et dicit̄ quotidie Te deū. vſqꝫ ad octa. epipha. ⁊ in ipſis octa. niſi in vigi. epipha. cū extra dominicā cōtige. ℣. Verbū caro factum eſt. In lau. hec ſola ãn. Quē vidiſtis. ꝟs. Dñs regnauit. ⁊ ceteri p̄s conſueti dicitur. Caplm.

Gal. iiij. Quanto tēpore heres paruulus eſt/ nihil differt a ſeruo cū ſit dñs omniū: ſed ſub tutoribus et actoribus eſt vſqꝫ ad pfinitum tempus a patre. Hoc caꝑ. dr̄ ad has matut. tm̄. hyꝰ. A ſolis ortus. ℣. Benedictꝰ qui venit. añs. Dum medium ſilentium tenerēt omnia/ et nox in ſuo curſu iter peragere: omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit allła. ꝟs. Benedictus. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus: dirige actus nr̄os in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecū. Oro iſta dicitur ad has matut. tantū: ⁊ ad primā ſuo loco tm̄. Ad alias hor. dr̄ oratio ſicut in die natiuit. dñi. Mē. de natiui. Añ. Paſtores dicite quidnā vidiſtis ⁊ annūciate chriſti natiuitatem: infantem vidimus pannis inuolutū/ ⁊ choros angelorum laudantes ſaluatorē. ℣. Ipſe inuocauit me. oro. Cōcede q̄s. Mē. de ſancto ſtepha. vbi pceſ. de eo facta fue. cū hac ãn. Ecce video. vbi vero nō: tūc dicit̄ ã. Beatus ſtephanꝰ. ℣. Iuſtus germinabit. oro. Da nobis. Mē. de. ſ. iohāne vbi proceſ. de eo priꝰ facta fuerit cum hac ã. Sunt de hic. vbi vero nō: tunc dr̄ ãn. Sic eum volo. ℣. Valde honorādus. oro. Eccleſiā. Memo. de innocē. vbi pceſ. puerorum facta fuerit cū hac ãn. Ambulabunt. vbi vero nō: tūc dr̄ ã. Cantabant. ℣. Mirabilis deꝰ. oro. Deus cuius hodierna. Memo. de ~~ſancto thoma~~ vbi pceſ. de eo prius facta fue. cū hac ãn. ~~Paſtor ceſus.~~ vbi vero nō: tūc dr̄ ã. ~~Granū cadit. ℣.~~ Ora pro nobis. oro. Deus pro cuius. Ad. 1. ãn. Quē vidiſtis. ꝟs. Deus in noie. aña.

Te deū. pſ. Quicūqꝫ. Ad. iij. vſ. ex. te. cā. vꝫ. ⁊ ꝶ. ſicut in die natiuit. dñi dicit. cū hac or. Concede q̄s. ¶ Si dies dñicus in. vj. die a natiuit. dñi cōtige. ſcāt. le. ſec. ſez ſex de ſermone beati maximi epi de natiuit. dñi ſez lec. i. Hodierni myſterij. ⁊ addantur iij. lect. de expoſitione euāge. ſez Erant pater et mater. Inuita. hyꝰ āte pſal ꝶ. ⁊ vꝫ. ſicut in die nati. dñi dicantur. Lectō. j.

Hodierni myſterij fratres chariſſimi ſacramentū ſicut credidiſtis ſemper et creditis: reparatio eſt ſalutis humane/ virtutū natiuitas/ et ruina viciorum. Hodie nāqꝫ chriſtus ieſus dñs noſter in quo diuinitatis eſt plenitudo: carnis nr̄e infirma ſuſcipiēs nouus natus eſt homo. Hodie refulſit ſecundus ille adam/ nō incola ſꝫ dñs paradiſi: quem inter cetera arboris pulchritudo nō fallat/ ſerpens non decipiat/ mulier non ſeducat. Tu autem. Lectio. ij.

Hodie exortū eſt lumen in tenebris. Hodie illud qđ celum ⁊ celi celoꝝ ſe habere gaudebāt: mundꝰ dū neſcit accepit. Neqꝫ enim vt temporalis quidā nec qui ante non fuerit/ de femina nobis repentinus emerſit: ſed qui ſemper erat cum patre deꝰ ſemper quoqꝫ regnabat/ nunc nouo per virginem voluit mortalibꝰ apparere myſterio. Non nouus quidem homo ſed dñs ſempiternus: nouus chriſtꝰ ſed rex omniū ſeculorum. Lectio. iij.

Ipſe eſt in fine tempoꝝ natꝰ ex maria: qui ante omnia ſecula vnigenitꝰ proceſſit a patre. Hic eſt creditus a patriarchis/ a prophetis predicatus/ annunciatus ab angelis/ ⁊ ab apoſtolis approbatus. De vno eodem legis. In principio erat verbū: et verbū caro factū eſt. Gaude ergo nūc ⁊ exulta tandē ad deū tuū cōuerſa gētilitas: percepiſti donū qđ abrahā in ſpū vidiſſe letatꝰ eſt. ⁊ Veniſti per xp̄m: qđ mereri quondā hebreorum gēs electa nō potuit. Lec. iiij.

Timens enim iſrael ⁊ tremens mirabatur (vt legimus) q̄ moyſes populi p̄nceps recōditus in nube ⁊ in vertice montis altiſſimi ſolus cum dño loqueretur. Tibi ſꝫ ſic natus eſt xp̄s/ ⁊ tantam nobis dignationem cōceſſit: vt loqueretur hominibus ⁊ ab hominibus videretur. Ad illū tunc montem ſina quicunqꝫ acceſſiſſet ex populo: preſenti puniebatꝫ interitu. Ad hūc vero montē qui hodie natꝰ eſt mundo: q̄cunqꝫ non acceſſerit morietur. Lectio. v.

Et tūc quidē vnus populꝰ erudiebatur ad fidē: nūc vero oēs gētes vocātur ad vitam. Viderūt venerabiles pr̄es nr̄i innumera magnaqꝫ mirabilia. Celū illis āgelicas rorauit eſcas/ dulcia pocula lapis duriſſimus miniſtrauit/ iordanis perpetē meatum ſuum retorſit in fontem/ validiſſimi hoſtium muri tubarum ſtrepitu corruerunt. Sol quoqꝫ commoratꝰ in celo: longiorem triumphanti populo preſtitit diem. Lectio ſexta.

Hoc iō nullis ante ſeculis videre datū eſt/ vt vnigenitus altiſſimi quē tremētes archāgeloꝝ ſuſcipiūt poteſtates: hoīem ſe hoībus exhiberet/ ⁊ carnem quā aſſumpſit ab hoīe trāſformaret in deū. Amplectere ergo dignationē maieſtatis eterne: ⁊ ne arcanam dei tui diſcutias voluntatē: qꝛ oībus quidē nat⁹ eſt xp̄s/ ſed fidelib⁹ dat ſalutē. Et addātur .iij. lec. de expoſitione euāge. Erāt pater et mater. In lau. oīa ſiāt ſicut prenotatū eſt ſiue dn̄ica fuerit hac die ſiue nō. Hoc modo dr̄ hore. Ad primā. ān. Quē vidiſtis. ps. De⁹ in noīe. ān. Te iure. ps. Quicunqȝ. Ad .iij. vj. ⁊. ix. cap. R. et ℣. ſicut in die natiui. dn̄i dicātur hac orōne Cōcede qͣſumus.

Si dies do. in die ſcti ſtephani/ vel ſcti iohānis/ aut ſctōꝝ innocentū. aut ſcti thome/ aut ſcti ſilueſtri/ aut circūciſionis eue. totū ſeruit. fiat de feſ. et nihil de do.

¶ Scti ſilueſtri pape et confeſ. Ad veſ. ān. Tecū principiū. ps. Dixit dn̄s. cā. Ecce ſacerdos. R. Miles chriſti. hy⁹. Iſte cōfeſ. ℣. Amauit. ān. Confeſſor dn̄i. Oratio.

DA q̄s omnipotens deus: vt beati ſilueſtri confeſſoris tui atqȝ pontificis veneranda ſolēnitas/ ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ ſalutē. Per do.

Memo. de natiui. ān. Virgo hodie fidelis ⁊ ſi verbū genuit incarnatum virgo manſit ⁊ poſt partū: quā laudātes oēs dicimus: benedicta tu in mulieribus. ℣. Verbū caro. oro. Concede q̄s. Mēo. de ſancto ſtepha. vbi de eo proceſ. fuit. facta cum hac aīa. Beatus ſtephanus. vbi vero nō: tunc dr̄ ān. Cōſtitutus. ℣. Gloria ⁊ honore. oro. Da nobis q̄ſumus. Mēo. de ſancto iohāne vbi ꝓceſ. de eo fuit. facta cum hac ān. Sic eū volo manere. vbi ꝟo non: tunc dr̄ ān. Johannes apls. ℣. Valde honorādus. oro. Eccleſiā tuā. Mēo. de innocē. vbi ꝓceſ. puerorū fuit. facta cū hac ān. Cantabant. vbi vero nō: tunc dr̄ ān. Herodes iratus. ℣. Letamini. oro. De⁹ cuius. Memo. ~~de ſctō tho.~~ vbi de eo ꝓceſ. fuit. facta cum hac ān. Granum cadit. vbi vero nō: tunc dr̄ ān. [illegible] ouibis. ℣. Ora p nobis. oro. De⁹ pro cuius. Ad matu. de ſancto ſilueſtro. inuitat. hy⁹/ aīe/ ps/ ℣. et R. ia de cōi vnius confeſ. ⁊ pontifi. dicant. ix. lec. ſiāt. Lec. j.

SIlueſter vrbis rome epūs: cū eſſet infātul⁹ a vidua matre iuſta noīe tradit⁹ eſt cyrino pbr̄o. Cui⁹ ⁊ vitā imitat⁹ ⁊ mores: ad ſummū apicē xp̄iane religionis attigit. Sctūs iuuenis hoſpitalitatē tota animi diligētia exhibebat: quā nō diuitie terrene ſed bone volūtatis theſauri adimplebāt. Tātāqȝ gratiā ei de⁹ dedit: vt nō ſolū a xp̄ianis/ ſed etiā ab ethnicis nimio diligeret affectu. Lec. ij.

Triceſimo autē etatis ſue anno a ſancto melchiade vrbis rome epiſcopo diacon⁹ fact⁹ eſt: nec multo poſt omnis populus chriſtianoꝝ in vrbe preſbyterum eum ſibi expoſcunt fieri.

Sancto igitur ſiluestro preſbytero ordinato tantã deus ei gratiam contulit: vt nullus eſſet ꝗ non illum ex affectu diligeret: et verum famulũ dei eſſe acclamaret. Erat enĩ aſpectu angelicus/ ſermone nitidus/ ope ſanctus/ corde ĩteger/ ingenio optimus/ conſilio magnus/ fide catholicus/ ſpe patientiſſimus/ charitate diffuſus. Lectio tertia.

Sancto itaqꝫ melchiade epiſcopo migrante ad dominum/ ab omni populo ſilueſter eligitur: ita vt nullus inueniretur qui non eius electionem acclamaret. Sanctus vero ſilueſter etatis ſue excuſationem opponens/ ꝗtum ſe excuſabat indignum: tantum dignus ab omnibus clamabatur. Quid multa? His et huiuſmodi aſſertionibus populorum arctatus: authore deo leuat᷑ vrbis rome epiſcopus: ⁊ quia hoc eſſe meruit/ operibꝰ declarabat. Medie lectiones de natiui. vbi ſtant ſcḋ hoc ℣. Ipſe inuocauit me. Sermo beati fulgentij. Lectio quarta.

Bene nunciate (ait ꝓpheta) diem de die ſalutare eius. Quid eſt diem de die/ niſi filium de patre? Eſt igitur de patre filius de die dies. Sed tamen pater et filius non duo dies: ſed vnus eſt dies. Eſt de patre filius: de deo deus. Pater tamẽ et filius nõ duo dij: ſed vnꝰ eſt deus. Vnꝰ igitur dies eternitatis ſimul pater et filiꝰ a nobis cognoſcitur: in die autẽ tẽporis ſolus filius inuenit᷑. Dies enim eternus pater ⁊ filius noſtrum corpus et animam fecit: in die vero temporis ſolus filius noſtrum corpus animãqꝫ ſuſcepit. ℟. Quẽ vidiſtis. Lc. v.

Chriſtus dies eternus vnigenitus in forma dei manẽs: chriſtus in die temporis vnigenitus/ formam ſerui accipiens. Chriſtus dies eternus dies permanens vt cõderet nos: chriſtꝰ in die temporis pauper factus vt redimeret nos. Dies eternꝰ chriſtus de deo patre: chriſtus in die temporis deus et homo de virgine matre. Chriſtus dies eternus verbum eructatum de corde patris: chriſtus in die temporis verbum caro factum de vtero virginis matris. ℟. O magnum myſterium. Lectio. vi.

Chriſtus dies eternꝰ deus verus de deo vero: chriſtus in die temporis ſponſus procedens de thalamo ſuo. Dies eternitatis chriſtus angelos creans: dies in tẽpore chriſtus homines ſaluans. Dies eternitatis chriſtꝰ in celo ſanctos ãgelos paſcẽs: dies tẽporis chriſtus homines in terra reficiens. Vt enim panem angelorum mãducaret homo: creator angelorum factus eſt homo. Vtroſqꝫ paſcẽs: ⁊ integer ꝑmanens. ℟. Te laudãt. niſi hoc feſtum in die lune contige. tantũ: tunc enim dicit᷑ ℟. Tanqꝫ ſponſus. cum his ℟. Hodie nobis ce. ℟. Hodie nobis de celo. ℟ Deſcendit de celis. ¶ Sciẽdũ eſt ꝙ quandocunqꝫ ſunt med. lc. ſiue de tẽporali ſint ſiue de feſ.

ſanctoꝝ: ſemꝑ dicant̃ ℣. ⁊ ℟. ſcḋm ordinem noct̃. et hoc ab vna dominica vſqȝ ad aliā do. obſeruetur: ita tñ ꝙ ſemꝑ in dominica qñ ſunt med. lect. dñic ℣. ⁊ ℟. de. i. noctur. niſi ꝓpria ℟. habeant̃: et niſi i exaltatione ſancte crucis / et niſi infra octa. alicuꝰ ſancti ſine regimine cho. Nam tunc dicunt̃ ℣. ⁊ ℟. ſcḋm ordi. noc. quotidie infra oc. et in do. vſqȝ ad octa. diē: et tunc ſemper reincipiatur hiſto. Si vero aliquod feſtū. iij. lec. vnius cōfeſſ. ⁊ ponti. de quo fieri debeant medie lec. in do. et feſtū. iij. lect. vnius confeſ. et abbatis in aliqua feria ipſiꝰ hebdoma. contige. tūc in. ij. feſto dñr ℣. et ℟. de. i. noctur. et non de. ij. noc. Similiter etiā fiat qñ aliquod feſ. iij. lec. plurimo. mar. et feſtū. iij. lc. plurimo. confeſ. in vna hebdoma. contige. Quecunqȝ enim in matuti. ix. lec. iij. medie lec. ſunt: tunc a ℣. pmi noc. incipiat̃ huiuſmodi ſeruitium donec idem perficiatur nocturnis: et nō ab aliis medij noctur. (vt quidam faciunt). ita tamē ꝙ omnes ſeerint de feſto. ix. lec. media tñ ℟. cum ℣. poſſunt eſſe de pmo noctur. vel de. ij. vel de. iij. prout tempus exegerit. Et qȝ añe in noctur. ſemper in eadem hiſto. dñr: ideo a ℣. inchoat̃ hmōi ſeruitium qñ medie lec. ſunt alterius hiſto. et ſꝫ medius ℣. quia medij ℣. locū obſeruat ſiue fuerit de pmo noctur. vel de. ij. vel de. iij. alterius hiſto. Ordo tāmē ℟. ita obſeruetur vt ab medias lec. de quocunqȝ fieri debeant ab vna dominica in aliam dñicam ſemper fiat inchoatio in do. cū ℣. et ℟. pmi noc. niſi ifra oc. ſine regi. cho. tūc eni a pmo die vſqȝ ad. viij. diem huiuſmodi ordo ſeruetur. Tres vltime lec. de ſctō ſilueſtro dicuntur: ita tñ ꝙ. vij. lec. tunc legatur de expoſitiōe euangelij ſecundū matheum. **Homo quidā peregre.** Homelia beati gregorij pape. Lectio ſancti euangelij ſc. require in cōi vnius confeſſo. et pontifi. Et tota lec. legat̃. Lec. viij. et. ix. de proprietate ſcti ſilueſtri. Lec. viij.

Dixerūt ei pagani. Silueſter deſcēde ad draconem qui eſt in monte tarpeio: trecentis ſexagintaquinqȝ gradibus quaſi ad infernum: et fac eum ceſſare a corruptione aeris ⁊ interfectione generis humani: vt credamus deo tuo. Quo audito predicauit beatus ſilueſter triduanum ieiuniū eccleſie: ⁊ orationis inſtantiam. Lectio nona.

Tertio die expleto apparuit ſibi dominus petrus mandans ꝙ aſſumptis ſecū theodoro / dionyſio / ⁊ feliciſſimo preſbyteris: et honorato et romano diaconis: cubiculū draconis adiret: et oblato deo ſacrificio in igreſſu loci / ianuas ereas illius claudens catenam in circulis earū induceret dicendo. Hec dicit apoſtolus chriſti petrꝰ. Iſte ianue non aperientur niſi in die iudicij. Quo facto: liberata eſt ſinitas a flatu draconis. Deinde obijt iſte ſanctus pridie kalendas ianuarij: et ſepultus eſt in cemiterio priſcille: via ſalaria: ab urbe romana tertio miliario. Nonū ℟. a duobus cantetur in ſuperpellicijs ad gradum chori. ℣. Ora pro nobis beate Silveſter. In laud. oīa fiant de huius confeſ. et ponit cum precedēn. oro. Memo. de natiuit. aña. Hodie intacta virgo deum nobis genuit teneris indutum membris quem lactare meruit: omnes ipſum adoremus qui venit ſaluare nos. ℣. Benedictus qui venit. oro. Concede q̄s. Memoria de ſcō ſtephano ubi proceſ. de eo facta fuerit: cum hac aña. Conſtitutus. Ubi vero non: tunc dicit aña. In tribulatione. ℣. Poſuiſti. oro. Da nobis. Memo. de ſancto iohanne ubi proceſ. de eo facta fuerit: cū hac aña. Iohannes apoſtolus. Ubi vero non: tunc dicit aña. Supra pectus domini. ℣. Valde honorādus. oro. Eccleſiam. Memo. de innocen. Ubi proceſ. puerorū facta fuerit cum hac aña. Herodes iratus. Ubi vero non: tunc dicit aña. A bimatu. ℣. Mirabilis. oro. Deus cuius. Memo. de ſancto thoma ubi proceſ. de eo facta fuerit cum hac aña. Totus orbis. Ubi vero nō: tunc dicit aña. Aqua thome. ℣. Ora pro nobis. oro. Deus pro cuius. Ad primam aña. Ecce ſacerdos. pſ. Deus in nomine. Aña. Letare. pſ. Quicunq;. Ad iij. aña. Non eſt. cap. Benedictionem. ℟. et ℣. de cōi unius confeſ. et pō [illegible] dicuntur cum alla. Ad ſe. aña. Fidelis. cap̄m. Cognouit. Ad ix. aña. Serue bone. cap. Magnificauit.

¶ In vigilia circūciſionis dn̄i. Ad veſp. aña. Tecum principium. pſ. Dixit dn̄s. cap. Apparuit gratia. ℟. Verbum caro. et dicitur hic ſine pſa. hy. A ſolis. hy. Tanq̄ ſponſus. aña. Qui de terra eſt de terra loquitur: qui de celo venit ſuper omnes eſt: et quod vidit et audiuit hoc teſtatur/ et teſtimonium eius nemo accipit: qui autē acceperit eius teſtimonium ſignauit q2 deus verax eſt. pſ. Magt. Oro.

Deus qui nobis nati ſaluatoris diē celebrare concedis octauum: fac nos queſumus eius perpetua diuinitate muniri/ cuius ſumus carnali cōmercio reparati. Qui tecum.

Nulla fiat memo. ad has veſp. nec ad matut. in craſti. Ad cōpleto. aña. Nato domino angelorū chori canebant dicētes: ſalus deo noſtro ſedenti ſuper thronum et agno. pſ. Cum inuocarem. cap. Tu in nobis. hy. Saluator. ℣. Cuſtodi nos. Aña. Alleluia. Verbum caro. pſ. Nunc dimittis. Preces et que ad complet. pertinent expleantur. Hoc complet. nō mutatur uſq; ad vigi. epipha. Ad matut. Inuitat. Chriſtus natus eſt. pſ. Venite. hy. Chriſte redemptor omnium. In primo nocturno. Aña. Dominus dixit ad me: filius meus es tu/ ego hodie genui te. pſ. Quare fre. Aña. In ſole poſuit tabernaculū ſuum: et ipſe tanq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo. pſ. Celi enarrant. Aña. Eleuamini porte eternales et introibit rex glorie.

Ps. Domini eſt terra. ℣. Tanq̄ ſponſus. ℟. Dominus procedens de thalamo ſuo. Lectio prima.

RItus et religio circūciſionis fratres chariſſimi: a beato abraham patriacha ſumpſit exordium. Qui cum poſtꝰ adhuc in preputio perfecte deo credidiſſet/reputatūq; ei eſſet ad iuſtitiā: ſignū accepit circūciſionis ſignaculum iuſtitie fidei que eſt in preputio. 1 ℟. In principio erat verbum et verbum erat apud deū/et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Oīa per ipſum facta ſunt/et ſine ipſo factum eſt nihil. ℣. Qđ factum eſt in ipſo vita erat: et vita erat lux hominū. Omnia per ipſum. Lectio ſecunda.

ERat autem circunciſionis typus ac figura multiformis. Nam et ſignaculum (vt dictū eſt) iuſtitie fidei abrahe/et ſeminis eiꝰ erat indiciū: caſtigando eos qui ad hoc ſemē hācq; fidē pertinerēt: ab omni inquinamento carnis et ſpūs. Et prophetia naſcituri de hoc ſemine ſaluatoris: q̄ nos in preſenti per baptiſmum ab omni mortifere actionis pollutione mundaret: et in futuro per reſurrectionem ab vniuerſa mortis ipſius corruptione liberaret. 2 ℟. Benedictus qui venit in nomine dñi: deus dñs. Et illuxit nobis alla alleluia. ℣. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in caput anguli. Et. Lectio. iij.

ET precipue donū remiſſionis quod ſolueret a peccato preuaricationis ade; per hanc id tēporis miniſtrari eūdē gñe legiſq; latori cōplacuit. Vtpote q̄ nūc dicit. Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſancto: nō poteſt introire in regnū dei. Ipſe aūt tūc dicebat. Maſculus cuius preputij caro circūciſa non fuerit: peribit aīa illa de pplo ſuo/qꝛ pactū meū irritum fecit. 3 ℟. Ecce agnus dei/ecce qui tollit peccata mundi: ecce de quo dicebam vobis. Qui poſt me venit ante me factus eſt. Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere. ℣. Hoc eſt teſtimonium quod perhibuit iohannes. Qui poſt. Gloria. Cuius. In. ij. noctur. An. Specioſus forma pre filijs hoim: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Ps. Eructauit. An. Suſcepimꝰ deꝰ miam tuā in medio tēpli tui. Ps. Magnus dñs. An. Homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus. Ps. Fundamenta. ℣. Ipſe inuocauit me. Lec. iiij.

NOn pactum vtiq; circumciſionis: quod non infans qui diſcernere necdum valuit/ſed maiores qui id ſeruare nouerant irritum fecerunt: verū pactum quod cum primo homine deus inijt. Quod omnis qui vel vnius diei vitam geſſit in terra preuaricaſſe cōuincitur: atq; ideo remedio ſalutis aliquo opus habere non ignoratur. 4 ℟. Neſciens mater virgo virum: peperit ſine dolore ſaluatorem ſeculorum. Ipſum regem angelorum ſola vgo lactabat: vbera de celo plena. ℣. Beata viſcera marie virginis/que portauerunt eterni patris filiū. Ipſum regem. Lectio quinta.

Saluatoꝛ autem noſter q̄ vt peccatum mundi tolleret ſine peccato venit in mundum: ſicut ſuo baptiſmate nobis remedia procurauit (id eſt nr̄is abluẽdis ſceleribus aquarum que ſubijt lauacra conſecrauit): ita etiã in circunciſione quam ſuſcepit non ſua q̄ nulla erant admiſſa purgauit: ſed noſtre in ſe nature vetuſtatem docuit innouandam. Nunc videlicet eam per ſe a vitioꝝ labe purgandam/ ꝗ in nouiſſimo die ſignificãs ab ipſa multifarie moꝛtalitatis ac moꝛtꝭ peſte penitus eſſe reſtaurãdam. ℟.

5 Continet in gremio celum terramꝗ regentem virgo dei genitrix: quẽ totus non capit oꝛbis. Per quem mundus ouans celſo ſub pꝛincipe pollet. ℣. Caſte parentis viſcera celeſtis intrãt gratia: venter puelle baiulat ſecreta q̄ nõ nouerat. Per quẽ. Lc. vj.

Unde congrue ieſus octaua die circunciſus aſſeritur: quod nõ facile in veteri teſtamẽto de aliquo legim⁹ actũ/ ꝗuis de omnib⁹ ſepiſſime iuſſum. Abſꝗ ſolo dũtaxat iſaac: qui quaſi filius ꝓmiſſionis primus octaua die circunciſionem accepiſſe perhibetur. Tu autẽ.

6 ℟. Cõfirmatũ eſt coꝛ virginis in quo diuina myſteria angelo narrãte cõcepit: q̄ ſpecioſum foꝛma p̄ filijs hoim caſtis cõcepit viſceribus. Et benedicta in eternum deum nobis pꝛotulit ⁊ hominem. ℣. Domus pudici pectoꝛis templum repente fit dei: intacta neſciens virum verbo concepit filium. Et benedicta. Gloꝛia. Et. In .iij. nocturno. Añ. Exultabũt omnia ligna ſiluarum ante faciem domini quoniam venit. Ps. Cantate. j. Añ. In principio et ante ſecula deus erat verbũ: ipſe natus eſt nobis ſaluatoꝛ mundi. Ps. Dñs regna. exul. Aña. Ante luciferum genitus et ante ſecula dominus ſaluatoꝛ noſter/ hodie naſci dignatus eſt. Ps. Cantate. ij. ℣. Notum fecit dñs. ¶ Scḋm Lucam.

In illo tẽpoꝛe. Poſtꝗ̄ conſummati ſunt dies octo vt circũcideretur puer/ vocatum eſt nomen eius ieſus. Et reliqua. Homelia venerabilis bede pꝛeſbyteri. Lectio ſeptima.

Sanctam venerandamꝗ pꝛeſentis feſti memoꝛiam paucis quidem verbis euangeliſta cõpꝛehendit: ſed non pauca celeſtis myſterij virtute grauidam reliquit. Expoſita nanꝗ natiuitate dominica (cui⁹ gaudia mox angeli dignis laudibus extulerũt: paſtoꝛes deuota viſione celebꝛarunt: omnes qui tũc audiere mirati ſunt: nos quoꝗ pꝛo modulo noſtro pꝛout potuimus pꝛoxime dño largiente cõgruis miſſarũ hymnoꝛũꝗ ſolennijs exegim⁹) ſubiũxit atꝗ ait. Et poſtꝗ̄ conſummati ſunt dies octo vt circũcideret̃ puer: vocatum eſt nomen eius ieſus/ quod vocatũ eſt ab angelo priuſꝗ̄ in vtero conciperetur. ℟.

O regem celi cui talia famulant̃ obſequia: ſtabulo ponitur qui continet mundum. Jacet in pꝛeſepio et in nubibus tonat. ℣. Qui celum terramꝗ regit p ſecula ſol⁹. Ja. L. viij.

Hec ſunt feſtiuitatis hodi-

erne gaudia veneranda: hec ſa
crate ſolennitas diei. Hec illa
ſuperne pietatis munera ſacro
ſancta: q̄ fideliū cordibus commendans
apoſtolus ait. Quia
vbi venit plenitudo temporis/
miſit deꝰ filiū ſuum factum ex
muliere/ factū ſub lege: vt eos
qui ſub lege erāt redimeret: vt
adoptionem filiorum reciperemus.
Magna nāq; diſpēſatione
pietatis ad redēptionē gn̄is
humani deus pater non angelum/
nō archāgelū: ſed filium
ſuū vnigenitū mittere dignatus
eſt. ℟. Congratulamini mihi
8 oēs qui diligitis dn̄m: quia cum eſſem
paruula placui altiſſimo. Et de
meis viſceribꝰ genui deū ⁊ hominē.
℣. Beatam me dicent omnes generationes:
quia ancillam humilem reſpexit
deus. Et de meis. Lectio .ix.
Quem quia in diuinitatis
ſue ſpecie videre nequiuimus:
magna rurſum dilectionis
arte prouidit vt hunc factū
ex muliere (hoc eſt ex materne
carnis ſubſtātia ſine virili admixtione
conceptum) ad humanos
verū hoīem ꝓferret aſpectus:
q̄ in diuina virtute ac ſubſtantia
manens per omnia qđ
erat/ verā nature mortalis infirmitatem
quam non habebat
indueret. Et vt nobis neceſſariam
obediendi virtutem precipuo
cōmendaret exemplo: factum
ſub lege filium ſuum mi-
9 ſit deus in mundum. ℟. Verbū
caro. vrs̄ in die nati. dn̄i. Et dr̄
hic ſine pſa: ſiue domi. fue. ſiue
non. ps. Te deum. ℣. Verbū caro
factum eſt. ℣. Et habitauit ⁊c.
In laud. An. O admirabile com- 1
mercium: creator generis humani animatum
corpus ſumēs de virgine naſci
dignatus eſt/ ⁊ ꝓcedens hō ſine
ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem.
ps. Dn̄s regnauit. An. Quan- 2
do natus es ineffabiliter ex virgine/
tunc implete ſunt ſcripture: ſicut
pluuia in vellus deſcendiſti/ vt ſaluum
faceres genꝰ humanum: te laudamus
deus noſter. ps. Iubilate.
An. Rubū quem viderat moyſes in- 3
combuſtum conſeruatā agnouimꝰ tuā
laudabilem virginitatē/ dei genitrix
intercede ꝓ nobis. ps. Deus deus
meus. An. Germinauit radix ieſſe/ 4
orta eſt ſtella ex iacob/ virgo peperit
ſaluatorē: te laudamus deus noſter.
ps. Benedicite. An. Ecce maria
genuit nobis ſaluatorē/ quem iohan- 5
nes videns exclamauit dicens: ecce
agnꝰ dei/ ecce qui tollit peccata mundi
alla. ps. Laudate dn̄. de ce. cap.
Apparuit gratia. hyꝰ. A ſolis
ortus. ℣. Benedictꝰ qui venit. An.
Mirabile myſterium declaratur hodie:
innouantur nature/ deus homo
factus eſt/ id quod fuit permanſit/ et
quod nō erat aſſumpſit: nō cōmixtionem
paſſus neq; diuiſionē. ps. Benedictus.
Or̄o. Deus qui nobis.
Ad p̄mam An. O admirabile. ps.
Deus in nomine. An. Gratias tibi.
ps. Quicunq;. Ad tertiā an.
Quando natus. ps. Legem pone.
cap. ℟. ⁊ ℣ꝰ. ſicut in die nati.
dn̄i ad oēs hor. dn̄r: cum or̄one
huius diei. Ad. vi. an. Rubū quē.
ps. Defecit. Ad. ix. an. Germinauit.
ps. Mirabilia. Ad veſ. an.
Tecum principiū. ps. Dixit dn̄s.

cħ. Apparuit gr̄a. ℞. Confirmatum hyꝰ. A ſolis. ℣. Benedictus qui venit. An. Magnum hereditatis myſteriū: tēplum dei factꝰ eſt vterus neſciens virū: non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens: omnes gētes venient dicentes / gloria tibi domine. ps. Magnificat. or. Deꝰ qui nobis. Memo. de ſancto ſtephano. an. In principatum. ℣. Gloria et honore. or. Da nobis q̄s. ¶ In oct. ſancti ſtephani ad matut. inuit. hyꝰ. añ ⁊ ps̄. ſicut in p̄ma die dicunt'. ℣. Gl'ia ⁊ honore. Lectio .j.

Conſiderate attētius dilectiſſimi fratres cum beatus martyr ſtephanꝰ dñm nr̄m ieſum chriſtū ad dexterā dei patris ſtare videret: cur ſe filium hominis videre teſtatus eſt / et non potius filium dei: cum vtiq; plus honoris dn̄o delaturꝰ videretur ſi ſe dei potius q̄ hois filium videre dixiſſet. Sed certa ratio poſtulabat vt hoc ita oſtenderetur in celo / et predicaretur mundo. Si dominica fuerit: diuidantur iſte tres lectio. in ſex ad literas capitales.

Omne enim iudeorū ſcandalū i hoc erat: cur dn̄s noſter ieſus xp̄s qui ſecūdū carnē eſt filius hois / eſſe etiā filius dei diceretur. Ideo ergo pulchre ſcriptura diuina filium hois ad dexteram dei patris ſtare memorauit: vt ad cōfundēdam iudeorū incredulitatem ille oſtenderet martyri in celo / qui a perfidis iudeis negabatur in mūdo. Et illi teſtimoniū celeſtis veritas daret: cui fidē terrena īpietas denegaret. ℞. Stephanus ſeruus dei quē lapidabant iudei: vidit celos apertos / vidit ⁊ introiuit. Beatꝰ hō cui celi patebāt. ℣. Stephanꝰ vidit celos apertos / vidit ⁊ introiuit. Beat'. .ij.

Si quid autē diſtare inter martyres poteſt: p̄cipuꝰ videt' eſſe qui primꝰ eſt. Nam cū ſctūs ſtephanus ab apoſtolis diaconus ordinatus ſit: apoſtolos ipſos beata ac triūphali morte p̄ceſſit. Ac is q̄ erat inferior ordine: p̄mꝰ factꝰ ē paſſiōe. Mortem eni quam ſaluator dignatus eſt pro omnibus pati: hāc ille p̄mus reddidit ſaluatori. Videte nūc dilectiſſimi fratres affectū beati viri: videte magnam et admirabilem charitatem. ℞. Lapidauerunt. Lc. iij.

In p̄ſecutiōe poſitꝰ erat ⁊ p̄ p̄ſecutoribus ſupplicabat. Atq; in illa lapidū ruina quando alius obliuiſci poterat etiam chariſſimos: ille domino commendabat inimicos. Quid enim dicebat cum lapidaretur? Domine (inquit) ne ſtatuas illis hoc peccatum.

titij cruoꝛis: ex cuius ſpurciſ-
ſimo ritu vel nomine pꝛincipē
demonioꝛum cognominabant.
Et alij tentantes ſignum de ce
lo querebāt ab eo. Vel in moꝛē
helie ignem de ſublimi venire
cupiebant: vel in ſimilitudinē
ſamuelis tempoꝛe eſtiuo mugi
re tonitrua/ coꝛuſcare fulgura/
imbꝛes ruere: quaſi non poſſēt
et illa calūniari/ et dicere ex oc
cultis ⁊ varijs aeris paſſioni-
9 bus accidiſſe. ℟. Loquens ioſeph
fratribus ſuis: dixit. Pax vobis/ noli
te timere: pꝛo ſalute enim veſtra mi-
ſit me dominus ante vos. ℣. Eleua-
uitq; vocem cum fletu/ quam audie-
runt egyptij omniſq; domus pharao
nis: et dixit fratribus ſuis. Pax. Glo-
ria. Pax. Fer. ℟. Iſte eſt frater ve
ſter minimus: de quo dixeratis mi-
hi/ deus miſereatur tui fili mi. Feſti
nauitq; in domum ⁊ ploꝛauit. Quia
erumpebant lachꝛyme et non poterat
ſe continere. ℣. Attollens autem io-
8 ſeph oculos vidit beniamin ſtantem:
et commota ſunt omnia viſcera eius
ſuper fratrem ſuum. Feſtinauit. Glo-
ria. Feſtinauit. ℟. Dixit ioſeph vn-
decim fratribꝰ: ego ſum ioſeph quē
vendidiſtis in egyptum: adhuc viuit
pater noſter ſenioꝛ de quo dixeratis
mihi: Ite adducite eū ad me: vt poſ-
ſit viuere. ℣. Biennium eſt enim ꝙ
cepit eſſe fames in terra/ ⁊ adhuc re
ſtant anni qui neq;. Ite adducite. ℟.
Nunciauerūt iacob dicentes/ ioſeph
filius tuꝰ viuit: et ipſe dominatur in
totam terram egypti: quo audito re-
uixit ſpiritus eius et dixit. Sufficit
mihi. Vadam et videbo eum anteq̄
moꝛiar. ℣. Cumq; audiſſet iacob ꝙ
filius eius viueret quaſi de graui ſō
no euigilans ait. Sufficit mihi. Glo-
ria. Vadam. ℣. Ipſe liberauit me.
℟. De laqueo venantium ⁊ a verbo
aſpero. In laudibus. An. Fac be 1
nigne in bona volūtate tua domine/
vt edificentur muri hieruſalem. Ps.
Miſerere. An. Dominus mihi ad 2
iutoꝛ eſt: non timebo quid faciat mi-
hi homo. Ps. Confitemini. An.
Deus miſereatur noſtri et benedicat 3
nobis. Ps. Deus deus meus. An.
Vim virtutis ſue oblitus eſt ignis/ 4
vt pueri tui liberarentur illeſi. Ps.
Benedicite. An. Sol ⁊ luna lauda 5
te deum: quia exaltatum eſt nomē eiꝰ
ſolius. Ps. Laud. Ca. Eſtote. Hyꝰ.

IEſu quadꝛagenarie dica-
toꝛ abſtinentie: qui ob ſa-
lutem mētium: hoc ſanxeras ie-
iunium.

Quo paradiſo redderes ſerua
ta parſimonia: quos inde gaſtri-
margia illecebꝛoſa depulit.

Adeſto nūc eccleſie/ adeſto pe
nitentie: que ꝓ ſuis exceſſibus
oꝛat pꝛofuſis fletibus.

Qui retro acta crimina/ tua re
mitte gratia: et a futuris adhi
be cuſtodiam mitiſſime.

Vt expiati annuis ieiunioꝛū
victimis: tendamus ad paſcha
lia digne colenda gaudia.

Pꝛeſta pater per filium/ pꝛe-
ſta per almum ſpiritum: cū his

per cunctum triplici. ver. in mat. ℣. Scuto circumdabit. An. Jeſus autem cum eieciſſet demonium locut⁹ eſt mutus: et admirate ſunt turbe. ps. Benedictus. oro. Queſum⁹ omnipotens deus. Ad primam an. Si in digito dei eiicio demonia / profecto venit in vos regnum dei. ps. Deus deus meus reſpice. Ad. iij. an. Dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt omnia que poſſidet. ps. Legem pone. hym. Eſtote imitatores. Reſponſo. Bonum mihi domine Chorus proſequatur totum quod humiliaſti me. Bonum mihi lex oris tui ſuper milia auri et argenti. Clericus dicat verſum. Man⁹ tue fecerunt me et plaſmauerunt me: da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Bonum mihi lex. Gloria. Bonum mihi domine. ℣. Dicet domino. Ad. vj. an. Qui nõ colligit mecũ/ diſpergit: et qui non eſt mecum / contra me eſt. ℣. Defecit. Capitulũ.

Ephe v. A

Fornicatio autem et omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in vobis: ſicut decet ſanctos. Reſpõ. Seruus tu⁹ Chorus totum proſequatur ego ſum. Da mihi intellectũ domine. Clericus. ℣. Ut diſcam mandata tua. Da mihi. Gloria. Seruus. ℣. Ipſe liberauit. Ad nonam an. Cum immũdus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquoſa querens requiem / et non inuenit. ps. Mirabilia teſtimonia tua. Capitulũ.

Ephe v. B

Hoc ſcitote fratres intelligentes quod omnis fornicator / aut immundus / aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus: nõ habet hereditatẽ in regno chriſti et dei. Reſpõ. Septies in die Chorus totum proſequatur laudem dixi tibi domine. Deus me⁹ ne perdas me. Clericus. ℣. Erraui ſicut ouis que perierat: require ſeruum tuum domine / quia mãdata tua non ſum oblitus. Deus. Gloria. Septies. ℣. Scapulis. Iſt. p̄dicta ſup horas ſupradicto modo per. xv. dies dicantur. Ad veſperas. an. Sede a dextris. ps. Dixit domin⁹. hym. Eſtote. Reſpõ. Educ de carcere Chorus proſequatur totũ. animam meam. Ut confiteatur nomini tuo domine. Clericus. ℣. Periit fuga a me: et non eſt qui requirat animam meam. Ut. Gloria patri. Chorus repetat reſpõ. Educ. Hoc ſ. dictum reſpõ. dicatur quotidie ad veſperas per hũc hebdomadam quando de fe. agitur. hy⁹. Ecce tempus. ℣⁹. Angelis ſuis. An. Extollens vocem quedam mulier de turba dixit: beatus venter qui te portauit et vbera que ſuxiſti. at ieſus dixit ei: quinimo beati qui audiũt verbum dei et cuſtodiunt illud. ps. Magnificat. oro. Queſumus omnipotens deus. Supradict⁹ ordo hym. huius do. ſeruetur per xv. dies. ꝛc. ¶ Fer. ij. et quotidie per hebdo. dicuntur ℣. et reſpon. ad matu. ſcdm ordinẽ nocturn. hiſto. do. Ita tamen quod reſpon. fer. non omittantur vt ſupra dictũ eſt in. j. hebd. aduen. do. Et ſi nullũ feſ. ix. lc. p hanc hebd. exti. tunc. j. reſpõ. fer. ſcʒ Iſte eſt frat. tertium in. iiij. fer. et alia duo i ſabb. dicant. Si aliqđ feſ. ix. lc. i aliqua fe. p hãc hebd. ꝯtige. tũc. j. reſpõ.

fer.erit.iij.qrū primo dr̄ de.iij. noct. ⁊ alia duo ℟.fer.dnr̄ qrū vltimo dr̄ de fer.p hebd. Si autē.iij.fer.p hāc hebdo.vacant. tūc.i.℟.fer.erit.iij.qrū de.ij. noct.dr̄ et alia duo ℟.fer.dnr̄ loco.viij.et.ix.℟.ij qrū vlti.dr̄ de fer. Si ꝟo nullū fer.ix.lc.p hanc hebdoma. cōtige.tunc dicetur primum.℟.in.iiij.fer. et alia duo in ſabba. vt ſupra dictum eſt. Lectio prima.

ALiud quoqȝ vidit ſōniū: qđ narrās fratribus ait. Vidi ꝑ ſomniū quaſi ſolē ⁊ lunam ⁊ ſtellas vndecim adorare me. Qđ cū patri ſuo ⁊ fratribꝰ retuliſſet: increpauit eū pater/ et dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū qđ vidiſti? Nū ego/ ⁊ mater tua / ⁊ fratres tui adorabimus te ſuper terram? Lectio ſcđa.

Inuidebant ergo ei fratres ſui: pater vero rē tacitꝰ cōſiderabat. Cūqȝ fratres illiꝰ in paſcēdis gregibꝰ patris morarētur i ſichem: dixit ad eū iſrael. Fratres tui paſcūt greges i ſichimis: veni/ mittā te ad eos. Quo reſpōdēte ꝑſto ſū: Lc.iij. ait. Vade ⁊ vide ſi cūcta ꝓſpera ſint erga fratres tuos ⁊ pecora: et renuncia mihi qđ agat̄. Añ. Amen dico vobis/ qꝛ nemo propheta acceptꝰ eſt i patria ſua. H. Bñdictꝰ.

Cordibꝰ nr̄is q̄s dn̄e Or. gratiā tuā benignꝰ infūde: vt ſicut ab eſcis corporalibꝰ abſtinemꝰ: ita ſenſus quoqȝ noſtros a noxijs retrahamꝰ exceſſibꝰ. Per. Ad ꝑmā. añ. Vno ego. Ad.iij.añ. Per arma iuſtitie. Hym.

Eſa i.c. LAuamini: mundi eſtote / auferre malū cogitationum veſtrarū ab oculis meis: quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere. ℟. Bonum mihi. Ad.vj.añ. Emendemus. Cꝑm.

vbi Querite iudiciū/ ſubuenite oppreſſo/ iudicate pupillo/ defendite viduā/ ⁊ venite et arguite me dicit dominus. ℟. Seruus tuus. Ad nonam añ. Aduenerunt nobis. Capitulum.

vbi SI fuerint pctā vrā vt coccinū: quaſi nix dealbabūtur: ⁊ ſi fuerint rubra quaſi vermiculus/ velut lana alba erūt. ℟. Septies in die. Hec cp̄. dnr̄ ſuper hoc. in fer. vſqȝ ad paſſionē dn̄i qn̄ de fer. agit̄. Ad veſ. añ. Jeſus autē tranſiēs per mediū illorū ibat. Ps. Magnificat. Oratio.

SUbueniat nobis q̄s dn̄e miſericordia tua: vt ab imminētibꝰ peccatoꝝ noſtroꝝ periculis / te mereamur ꝓtegēte eripi: ⁊ te liberante ſaluari. P.

¶ Feria.iij. Lectio prima.

MIſſus de valle hebron venit in ſichem: inuenitqȝ eū vir errantē in agro/ ⁊ interrogauit quid q̄reret. At ille reſpōdit. Fratres meos q̄ro: indica mihi vbi paſcūt greges. Dixit ei vir. Receſſerunt de loco iſto: audiui autem eos dicētes/ eamus in dothaim. Lectio.ij.

Perrexit ioſeph poſt fratres ſuos: ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cū vidiſſent eū ꝓcul/ ante q̄ accederet ad eos/ cogitauerūt illū occidere: ⁊ mutuo loq̄bant̄. Ecce ſomniatoꝝ venit: Lc.iij.

venite occidamꝰ eū: ⁊ mittamꝰ in cisternā veterē: dicemusqꝫ. Fera pessima deuorauit eū. Et tūc apparebit quid prosint illi somnia sua. Aña. Si duo ex vobis cōsenserint super terrā: de omni re quācūqꝫ petierint fiet illis a pře meo q̄ in celis est dicit dñs. ℣. Bñdictꝰ.

Exaudi nos oīpotēs et misericors deꝰ: ⁊ cōtinētie salutaris ꝓpitius nobis dona cōcede. Per. Ad vespas aña. Ubi duo vel tres ꝯgregati fuerint in noīe meo / in medio eorum sum dicit dominus. Ps. Magnificat. Oro.

Tua nos dñe protectione defende: ⁊ ab omi semper iniquitate custodi. Per dñm.

¶ Feria quarta. Lectio pma.

Audiēs autem hoc ruben: nitebatur liberare eū de manibꝰ eoꝝ / ⁊ dicebat. Nō interficiamus animam eius / nec effundamꝰ sanguinē eius: sed proijcite eū in cisternā veterē q̄ est in solitudine: manusqꝫ vestras seruate inoxias. Lec. ij.

Hoc autē dicebat volēs eripere eū de manibus eoꝝ: ⁊ reddere patri suo. Cōfestim igit̄ vt ꝑuenit ad fratres / nudauerūt eū tunica talari ⁊ polymita: miserūtqꝫ eū in cisternā veterē que non habebat aquam. Lec. iij.

Et sedētes vt comederent panē / viderunt ismaelitas venire de galaad: ⁊ camelos eoꝝ portātes aromata / resinam / ⁊ stacten in egyptum. Dixit ergo iudas fratribꝰ suis. Quid nobis prodest si occiderimꝰ fratrē nostrū: et celauerimꝰ sanguinē ipsiꝰ? Melius est vt venūdet̄ ismaelitis / ⁊ manus nr̄e nō polluantur: caro enim et frater noster est. Aña. Audite ⁊ intelligite traditiones quas dominus dedit vobis. Ps. Benedictus. Oratio.

Presta nobis q̄sumus dñe vt salutaribꝰ ieiunijs eruditi / a noxijs quoqꝫ vitijs abstinētes ꝓpitiationē tuā faciliꝰ impetremus. Per do. Ad vesp. aña. Nō lotis manibꝰ māducare nō coinquinat hominē. Ps. Magt. Oro.

Concede q̄s oīps deus: vt q̄ ꝓtectionis tue gratiā q̄rimus / liberati a malis oībus secura tibi mēte seruiamꝰ. ꝑ do.

¶ Feria quinta. Lectio pma.

Acquieuerunt fratres sermonibꝰ eius: ⁊ pretereūtibꝰ madianitis ⁊ negociatoribus / extrahētes ioseph de cisterna vēdiderūt ismaelitis triginta argēteis. Qui duxerūt eū i egyptū. L. ij.

Reuersusqꝫ rubē ad cisternā nō inuenit puerū: ⁊ scissis vestibꝰ pergēs ad fr̄es suos ait. Puer nō ꝯparet / ⁊ ego quo ibo? Tulerūt autē eiꝰ tunicā: et sanguine hedi quē occiderūt tinxerunt: mittētes q̄ ferrēt ad patrem et dicerent. Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui sit / an non. Lectio tertia.

Et iacob cū cognouisset tunicā ioseph / ait. Tunica filij mei est: fera pessima comedit eū: bestia deuorauit ioseph. Scissisqꝫ vestibꝰ induiꝰ est cilicio: lugēs filiū suū multo tpe. Aña. Operamini nō cibū q̄ perit: sed q̄ ꝑmanet in vitā eternā. Ps. Benedictus. Oro.

Concede queſumus omnipotẽs deus: vt ieiuniorũ nobis ſancta deuotio / et purificationem tribuat: et maieſtati tue nos reddat acceptos. Per dominũ. Ad veſpas añ. Panis enim dei eſt q̃ de celo deſcẽdit: ⁊ dat vitam mũdo ꝑs. Magñ. Oratio.

Subiectum tibi populum queſumus dñe propitiatio celeſtis amplificet: et tuis ſemꝑ faciat inherere mãdatis. Per dñ. ¶ Feria. vj. Lectio. j.

Congregatis autẽ cunctis liberis eius vt delinirent dolorẽ patris: noluit cõſolationẽ accipe / ſed ait. Deſcendã ad filiũ meũ lugẽs i infernũ. L. ij.

Et illo pſeuerãte in fletu: madianite vẽdiderũt i egyptũ ioſeph phutifari eunucho pharaonis / magiſtro militie. Igit̃ ioſeph ductus eſt in egyptũ: emitq; cũ phutifar eunuchus pharaonis / princeps exercitꝰ ſui / vir egyptius: de manu iſmaelitarũ a q̃bꝰ ꝑductꝰ erat. Lec. iij.

Fuit autẽ dñs cũ ioſeph: ⁊ erat vir in cũctis ꝓſpere agẽs. Habitabatq; in domo dñi ſui: q̃ optime nouerat eſſe dñz cũ eo: et oĩa que gereret ab eo dirigi i manu illiꝰ. Inuenitq; ioſeph gratiã corã dño ſuo: ⁊ miniſtrabat ei. A quo ꝑpoſitus oĩbus gubernabat creditã ſibi domũ: et vniuerſa que ſibi tradita fuerant. Añ. Dñe vt video propheta es tu: patres noſtri in monte hoc adorauerunt ꝑs. Benedictus. Oratio.

Ieiunia noſtra queſumus dñe benigno fauore ꝓſequere: vt ſicut ab alimẽtis abſtinemꝰ in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per do. Ad veſpas añ. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu et veritate ꝑs. Magnificat. Oratio.

Preſta q̃ſumus oĩpš deꝰ: vt q̃ in tua ꝓtectione cõfidimus / cuncta nobis aduerſantia te adiuuãte vincamus. Per dñm. ¶ Sabbato. Lectio ꝑma.

Benedixitq; dñs domui egyptij propter ioſeph: et multiplicauit tã in edibꝰ q̃ in agris cunctã eius ſubſtantiã: nec q̃cq̃ aliud nouerat niſi panem quo veſcebatur. Erat autem ioſeph pulcher facie: ⁊ decorus aſpectu. Lectio ſecunda.

Poſt multos itaq; dies iniecit dña eius oculos ſuos in ioſeph: et ait. Dormi mecum. Qui ait. Ecce dñs meus oĩbus mihi traditis ignorat quid habet in domo ſua: nec quicq̃ eſt qđ nõ in mea ſit poteſtate / vel nõ tradiderit mihi: ꝑter te q̃ vxor eius es. Quomodo ergo poſſum hoc malũ facere / ⁊ peccare in dominum meum? Huiuſcemodi verbis ꝑ ſingulos dies mulier moleſta erat adoleſcenti: ⁊ ille recuſabat ſtuprum. Lectio. iij.

Accidit autẽ quadã die vt intraret ioſeph domum ⁊ operis quippiã abſq; arbitris faceret: et illa apphẽſa lacinia veſtimẽti eius / diceret. Dormi mecum. Qui relicto in manu eiꝰ pallio fugit: ⁊ egreſſus eſt foras. Añ. Inclinauit ſe ieſus ⁊ ſcribebat in terra: ſi quis ſine peccato eſt / mittat in uam lapidem, ps. Benedict⁹. oro.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt qui se affligēdo carnem ab alimentis abstinent / sectando iustitiam a culpa ieiunent. Per dominum.

Dñica.4.xl.tota cantet histo. Feria.4.⁊ sabba.dʒ respō.fe. 1
Fer.3.memo.de sctis.ad.2.vesp.⁊ ad matut.de sctā ma. Do- 2
minica.4.xl.tota dʒ histo.⁊ fes.sācti grego.differ.in crasti. Ad
ves.q̄ erunt de fes.fiat solē.mēo.de do. Fer.5.dʒ respō.fe. Sab-
ba.de sctō edvvardo.caṗ. Beatus vir qui i sapiētia. Dñica.4. 3
xl.tota dʒ histo. Ad p̄mas ves.fiat memo.de sācto edvvardo. Ad
2.vesp.q̄ erunt de sctō cuthberto fiat memo.de do. In.6.fe.dicit
respō.fe. Sabba.de annūciā. Vespe.erūt de do.licet fes.loci fue
rit:⁊ memo.tm̄ de fes. Dñica.4.xl.de seruit.do. Ad p̄mas ves. 4
q̄ erunt de annūciatione fiat solē.mēo.de do. Fer.4.⁊ sabba.dʒ
respō.fe. Dñica.4.xl.de seruitio do. Scde ves.erunt de sancto 5
richardo:⁊ mēo.de do. Fer.6.dʒ respō.fer. Do.4.xl.de serui. 1
do.⁊ in.4.fe.dʒ respō.fe. Sabba.de sctō grego.caṗ. Ecce sacer- 2
dos. Do.4.xl.de serui.do. Ad p̄mas ves.q̄ erunt de fest.fiat so
lē.mēo.de do.⁊ in.4.fe.dʒ respō.fe. Feria.6.de sctō edvvardo. 1
caṗ. Beatus vir qui in sapiētia. Dñica.4.xl.de seruit.do.et
fes.sancti cuthberti differatr vsqʒ in.3.fe. et in sabba.dʒ respon.
fe. Do.4.xl.de serui.do.tota cantet hist.⁊ in.4.fe.dʒ respon. 4
fe.⁊ in sabba. Do.4.xl.de seruitio do.⁊ fes.sancti richardi dif 5
feratur vsqʒ in.3.fer. Scde ves.erunt de sancto ambrosio:⁊ solē.
memo.de do.⁊ in.6.fer.dʒ respō.fe. Dñica.4.xl.tota dʒ hist. 1
et nihil de virginib⁹ / nisi mēo.ad matu.⁊ ad ves.de beata maria.
Feria.4.dicunt respō.fe. Do.4.xl.tota dʒ hist.⁊ in.4.fe.dʒ 2
respō.fer. Do.4.xl.tota dʒ histo.⁊ fes.scti bn̄dicti differ.in cra 3
sti.⁊ in.6.fe.dʒ respō.fe. Do.4.xl.tota dʒ hist. Fer.4.dʒ re- 4
spō.fe. Do.4.xl.tota dʒ histo. Scde ves.erūt de fest.cū pleno 5
serui.in crasti. In.5.fe.dʒ respō.fe. Dñica.4.xl.de serui.do. 1
et fes.s.dauid differ.vsqʒ in.3.fe. Feria.2.et.3.de fes.ix.lec.om̄ia
de cōmuni vnius cōfes.⁊ pōtifi.⁊ in.6.fe.dicit respon.fe. Do 2
minica.4.xl.de serui.do. Feria.4.dicit respō.fe. Dñica.4. 3
xl.de serui.do. In.5.fe.dicit respon.fer. Feria.4.caṗ. Beatus
vir qui in sapiētia. Do.4.xl.de seruitio dñicali:⁊ in.5.feria di 4
citur respon.feriale. Dñica.4.xl.de serui.do.⁊ in.4.fe.dicit 5
respon.fer. Sabba.de sancto ambrosio. Scde ves.erunt de do.et
mēo.de festo. Dñica.4.xl.de serui.do.⁊ fes.sancti cedde differ. 1
in crasti. Fer.2.de sctō cedda.ix.lec.oia de cōi vnius ꝯfes.⁊ pōti.
et in.5.fe.dʒ respō.fer. Dñica.4.xl.de serui.do.⁊ in.5.fe.dʒ 2
respō.fe. Do.4.xl.de serui.do.⁊ in sabba dʒ respō.fe.Fer.3. 3

4 E cp̄m. Beatus vir qui in ſapientia. ¶ Do.iiij.xl.de ſer.do.et in
5 E 5.feria dꝛ ℟.fe. ¶ Do.quarta.xl.de ſer.do.et in quarta fe.dici
1 F tur reſpon.fe. ¶ Dominica quarta.xl.de ſer.do. Fer.quarta et
2 F ſabba.dꝛ reſpõ.fe. ¶ Do.quarta.xl.de ſer.do.⁊ in.5.fe.dꝛ reſpõ
3 F ſoriũ feriale. ¶ Do.quarta.xl.de ſer.do. Veſpere erunt de feſto.
cp̄m Beatus vir qui in ſapientia. et in ſabba.dꝛ reſpon.feria.
4 F ¶ Do.quarta.xl.de ſer.do. Secũde veſ.erunt de feſt.annuncia.
5 F et ſolen.memo.de do. Fe.5.dicit̄ reſpon.fe. ¶ Do.quarta.xl.de
1 G ſer.do. Fe.6 .dicitur reſpon.fe. ¶ Domi.quarta.xl.de ſerui.do.
2 G Fer.quarta et ſabba.dꝛ reſpon.fe. ¶ Do.quarta.xl.de ſerui.do.
Secunde veſpere erunt de feſt.et ſolen.memo.de do. In.5.fe.dꝛ
3 G reſpon.fe. ¶ Do.quarta.xl.de ſer.do. Secunde veſpere erunt de
4 G feſt.et ſolen.memo.de do. In ſabba.dꝛ reſpon.fe. ¶ Do.quarta
xl.de ſer.do. Feſtũ annuncia.diffe.in craſti. niſi fuerit feſtũ lo-
ci:et ſecũde veſpe.erunt de annuncia.et ſolen.memo.de do. Feria
5 G quita dꝛ reſpõ.fe. ¶ Do.quarta.xl.de ſer.do.et i.6.fe.dꝛ ℟.fe.

¶ Do.quarta.xl.ad veſpe.an̄. Benedictus.ps. Ipſum. Cap̄m.

Scriptũ eſt enim quoniã abraham duos filios habuit: vnum de ancilla/ ⁊ vnũ de libera: ſed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt/ qui autem de libera per repromiſſionem. ℟. Audi iſrael. hy⁹. Ecce tempus. ỽ. Angelis ſuis. an̄. Nemo te condẽnauit mulier? nemo dn̄e: nec ego te condẽnabo: iã ampli⁹ noli peccare. ps. Magnificat. or̄o.

Concede queſumus omnipotẽs deus: vt qui ex merito noſtre actiõis affligimur/ tue gratie conſolatiõe reſpiremus. Per dominum. Ad matutinas inuit. Populus dn̄i ⁊ oues paſcue eius. Venite adoremus. ps. Venite. hy⁹. Clarum dec⁹. In i. noctur. an̄. Seruite. ps. Beatus vir. ỽ. Dicet dn̄o. Hac die incipiat Exodus/ ⁊ legat̄ p totam hebdom̄. vſq; ad finẽ quando de tẽporali agitur. Lectio pͥma.

Exo. i.A

Hec ſunt nõia filiorũ iſrael qui ingreſſi ſunt in egyptum cũ iacob. Singuli cũ domibus ſuis introierũt: ruben/ ſimeon/ leui/ iudas/ iſachar/ zabulon et beniamin/ dan et neptalim/ gad ⁊ aſer. Erãt igit̄ oẽs aie eorũ qui ingreſſi ſunt de femore iacob: ſeptuaginta quinq;. Ioſeph aũt in egypto erat. Quo mortuo/ ⁊ vniuerſis fratribus eius/ oĩq; cognatione ſua: filij iſrael creuerunt. Qui quaſi germinãtes multiplicati ſũt ac roborati nimis: impleuerũt q; terram. ℟. Locut⁹ eſt dn̄s ad moyſen dicẽs: deſcende in egyptum/ dic pharaoni vt dimittat populũ meum. Induratũ eſt cor pharaonis: nõ vult dimittere populũ meũ niſi i manu forti. ỽ. Videns vidi afflictionẽ populi mei qui eſt in egypto: ⁊ gemitum eius audiui: ⁊ deſcendi liberare eum. Induratum eſt. Lectio ſcd'a.

SUrrexit interea rex nouus ſuper egyptū q̄ ignorabat ioſeph: ⁊ ait ad populum ſuū. Ecce populus filioꝝ iſrael multus: et fortior nobis eſt. Venite/ſapienter opprimam⁹ eum ne forte multiplicetur: et ſi ingruerit contra nos bellum addatur inimicis noſtris: expugnatiſq; nobis egrediatur de
2 terra. ℟. Stetit moyſes corā pharaone et dixit: hec dicit dn̄s. Dimitte populū meū vt ſacrificet mihi in deſerto. ℣. Dn̄s de⁹ hebreoꝝ miſit me ad te vt dicā tibi. Dimitte. L. iij.

PRepoſuit itaq; eis magiſtros operū vt affligerent eos oneribus. Edificaueruntq; vrbes tabernaculoꝝ pharaoni phiton ⁊ rameſſes: Quātoq; opprimebant eos: tanto magis multiplicabant᷑ et creſcebant. ℟.
3 In mari via tua et ſemite tue in aq̄s multis. Deduxiſti ſicut oues populū tuum In manu moyſi et aaron. ℣. Tranſtuliſti illos per mare rubrum: et tranſuexiſti eos per aquā nimiam. Deduxiſti. Gloria. In manu. In. ij. nocturno. An. Bonorum. Ps. Conſerua. ℣. Ipſe liberauit. Vide lc. De ſermōe bti iohānis epi. L. iiij.

STabat moyſes in mōte: nō armis ſed precib⁹ pugnaturus. Stabat extenſis ad celum manibus: deuoto orās affectu. Non de terra: ſed de celo auxilium poſtulabat. Pugnabat cum hoſtibus abſens: cū externis ſine bello decertabat. Vt quē loci diuerſitas ab inimicis ſeiūxerat: orationis effect⁹ bellatorē preſentē hoſtib⁹ exhiberet. ℟. Qui perſequebantur po- 4
pulum tuum domine demerſiſti eos in profundum. Et in colūna nubis ductor eoꝝ fuiſti domine. ℣. Exclamauerunt filij iſrael in anguſtijs ſuis ad dominum: et miſit eis ſaluatorem. Et in columna nubis. Lectio. v.

FIt moyſe orante pugna occulta: ſed manifeſta victoria. Latēter dimicat: vt euidēter deuincat. Solus orat: vt multi ſaluent᷑. Stabat eñ moyſes in mōte iā ꝓximus celo: iam vicin⁹ ſyderibus. Et quāto eum ſublimitas mōtis extulerat: tanto orō deo ꝓximum exhibebat.
℟. Cantem⁹ dn̄o/glorioſe enim ho- 5
norificat⁹ eſt: equū et aſcēſorē proiecit in mare. Adiutor et protector factus eſt mihi dn̄s in ſalutem. ℣. Currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Adiutor. Lectio ſexta.

FIt moyſe orāte victoria: ceſſante meſtitia. Potentior hoſtis efficitur: iuſti corpore fatigato. Deſinit iſrael vincere: moyſe deſiſtēte in prece. Vt dū diuerſa populis exhibentur: orōnis nobis potētia demōſtret᷑. Deniq; tandiu iſta diuerſitas valuit: quādiu moyſi iugis orō defuit. Perſeuerāte prece: pſeuerās victoria roborat᷑. Iā gerit᷑ pugna cū hoſte: iā amalech precib⁹ debellat᷑. ℟. Moy-
6 ſes famulus dn̄i ieiunauit quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctibus. Vt legē dn̄i mereret᷑ accipere. ℣. Aſcēdit moyſes in montē ſinai. Vt. Gloria. Vt. In. iij. noc. An. Preceptū. ℣. Celi enarrant. ℣. Scapulis ſuis.

¶ Secundum Iohannem.

Caꝑ. vj. A IN illo tempore. Abijt ieſus trãs mare galilee qḋ dicitur tyberiadis: et ſequebatur eum multitudo magna / q2 videbãt ſigna que faciebat ſuper his qui infirmabantur. Et reliqua. Homelia venerabilis bede preſbyteri. Lectio. vij.

Qui ſigna ⁊ miracula domini ac ſaluatoris recte cum legunt vel audiunt accipiunt: nõ tam in his quid foris ſtupeant attẽdunt: quam quid horum exemplo intus agere / quid ipſi ĩ his myſticum perpendere debeãt inſpiciunt. 7 ℟. Splẽdida facta eſt facies moyſi dum aſpiceret in eũ dominus. Videntes ſeniores claritatẽ vultus eius admirantes timuerunt valde. ℣. Deſcendit moyſes de mõte portans duas tabulas lapideas in manibus ſuis: ſcriptas vtraſq3 digito dei. Videntes. Lectio octaua.

Ecce enim appropinquãte paſcha die feſto iudeorum: ſequẽtem ſe multitudinẽ dominus verbo ſalutis pariter et opere curationis erigebat. Nã (ſicut alius euãgeliſta ſcribit) loq̃bat illis de regno dei: et eos q cura indigebãt ſanabat. Eadem etiam doctrina ⁊ ſanatione completa: paucis de cibarijs eos abundantiſſime refecit. 8 ℟. Ecce mitto angelum meum qui precedat te et cuſtodiat ſemper. Obſerua et audi vocem meam: et inimicus ero inimicis tuis / et affligentes te affligam: et precedet te angel9 meus. ℣. Iſrael ſi me audieris non erit in te deus recens: neq3 adorabis deum alienum / ego enim dominus. Obſerua et audi. Lectio nona.

NOs ergo omnes (fratres chariſſimi) huius exẽplo facti appropinquante paſcha die feſto noſtre redemptionis: adiuncta fratrum caterua dominum toto corde ſequamur. Quo actionum itinere ingreſſus ſit / diligentiſſime contẽplemur: vt veſtigia eius ſequi mereamur. Qui enim dicit ſe ĩ ipſo manere: debet ſicut ille ambulauit et ipſe ambulare. Quicquid in nobis imperitie nocentis ineſſe deprehendimus: crebra illius verbi auditione tergamus. 9 ℟. Audi iſrael precepta domini: et ea in corde tuo quaſi in libro ſcribe. Et dabo tibi terram fluentem lac et mel. ℣. Obſerua igitur et audi vocem meam: et inimicus ero inimicis tuis. Et. Gloria. Et. ℟. ſeꝫ. Audite popule meus legem meam. Inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Aperiã in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab initio ſeculi. Inclinate. Gloria pa. Inclinate. Hoc reſpon. ſeꝫ. erit. iij. quotiens dicetur de. iij. nocturno / ꝑ hebdo. quando de temporali fiet. ℣. Ipſe liberauit me. In laudibus. 1 An. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie ſi auerteris faciem tuam a peccatis meis. Ps. Miſerere. 2 An. Bonum eſt ſperare in domino q̃ ſperare in principibus. Ps. Cõfitemini. 3 An. Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus. Ps. Deus deus meus. 4 An. Potẽs es domine eripere nos de manu fortiori: libera nos deus iſrael. Ps. Benedicite. 5 An. Reges terre et omnes populi laudate deū. ps. Laudate dominum de cel. cħm. Scriptum est. hy⁹. Jesu quadragenarie. ℣. Scuto circundabit te ṽ. Abijt iesus trans mare galilee: et sequebaẗ eum multitudo magna quia videbāt signa que faciebat: erat autem proximum pascha dies festus iudeorum. ps. Benedictus. oratio. Concede quesumus. Ad primam. aña. Subijt ergo iesus in montem et ibi sedebat cum discipulis suis: erat autē proximum pascha dies festus iudeorum. ps. Deus de⁹ meus resp. Ad tertiā. An. Accepit ergo iesus panes et cum gratias egisset distribuit discumbentibus / similiter et ex piscibus quantum volebant. ps. Legem pone. cħ. Scriptū est. Respõ. et ℣. sicut in proxima dñica precedenti ad omnes hor. dicunẗ. Ad. vj. An. De quinq; panibus et duob⁹ piscib⁹ saciavit domin⁹ quinq; milia hoim. ps. Defe. Capitulū.

Gal. 4. D.

Letare sterilis que nō paris: erumpe & clama que non parturis: quia multi filij deserte / magis q̃ eius que habet virum. Ad nonam. An. Saciavit dominus quinq; milia hominū de quinq; panibus et duobus piscibus. ps. Mirabilia. Capitulum.

Ibidē.

Nos autem fratres secundum ysaac promissionis filij sumus: et quomodo tunc is qui secundum carnem nat⁹ fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum / ita et nunc. sed quid dicit scriptura? eijce ancillam et filium eius. Ad vesperas An. Sede a dextris. ps. Dixit dominus. cħ. Scriptū est. Respõ. Adduxit chorus prosequitur totum respõ. eos dominus in fortitudine magna: cibavit eos nascentijs agrorum. Suxerunt mel de petra et oleum de firmis petra. ¶ Clericus. ℣. Cibavit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturavit eos. Suxerunt. Gloria. respõ Adduxit. Hoc respõ. dicitur quotidie ad vesp. usq; ad passionem domini quando de fe. agitur. hy⁹. Ecce tempus. ℣. Angelis. An. Illi homines cū signum vidissent quod factum fuerat glorificabant deum: et dicebant quia hic est salvator mūdi. ps. Magnificat. oratio. Concede. ¶ Feria. iij. et quotidie per hebdoma. dicuntur ℣. & respõ. ad matins. secundum ordinem nocturn. histor. do. ita tamen q̃ respõ. fer. non omittanẗ. Lc. j.

Exo. j. C.

Oderant autem filios israel egyptij: et affligebant illudentes & invidentes eis: atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operib⁹ duris luti & lateris / omniq; famulatu quo in terre operibus premebantur. Lectio secunda.

Dixit autem rex egypti obstetricibus hebreorum: quarum una vocabatur sephora / & altera phua: precipiens eis. Quando obstetricabitis hebreas / et partus tēpus advenerit: si masculus fuerit interficite eum: si femina reservate. Lectio. iij.

Timuerunt autem obstetrices deum: et non fecerūt iuxta preceptum regis egypti: sed cōservabant mares. Quibus accersitis ad se: ait rex. Quidnā eſt hoc quod facere voluiſtis: vt pueros ſeruaretis? Que reſpōderunt. Non ſunt hebree ſicut egyptie mulieres. Ipſe enim obſtetricandi habent ſcientiā: et priuſq̄ veniam⁹ ad eas pariunt. an̄. Auferte iſta hinc (dicit dominus) et nolite facere domum patris mei domum negociationis. ps. Benedictus. Oratio.

Prieſta queſum⁹ omnipotens deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes / et corpore tibi placeamus et mente. Per dominum.

Ad veſperas. aña. Soluite templum hoc (dicit dominus) et poſt triduum reedificabo illud: hoc autē dicebat de templo corporis ſui. pſal. Magnificat. Oratio.

Deprecationem noſtram q̄ſumus domine benign⁹ exaudi: et quibus ſupplicandi preſtas affectum / tribue defenſionis auxilium. Per dominum.

¶ Feria tertia. Lectio p̄ma.

Exo. j. D Bene ergo fecit de⁹ obſtetricibus: ⁊ creuit popul⁹ / confortatuſq; eſt nimis. Et q; timuerunt obſtetrices deum: edificauit eis domos. Precepit ergo pharao omni populo ſuo dicens. Quicquid maſculini ſexus natum fuerit / in flumine proijcite: q̄cquid feminini ſeruate. Tu autem. Lectio ſcđa.

Egreſſus eſt poſt hec vir de domo leui: et accepit vxorem ſtirpis ſue. Que concepit et peperit filiū: ⁊ videns eum elegantem / abſcondit tribus menſib⁹. Tu autem dn̄e. Lectio tertia.

Cumq; iam celare non poſſet ſumpſit fiſcellam ſcirpeam: ⁊ liniuit eam bitumine ac pice. Poſuitq; in ea infantulum / et expoſuit eū in carecto ripe fluminis: ſtante procul ſorore ei⁹ / et conſiderante euentum rei. an̄. Quid me queritis interficere / hominem qui vera locutus ſum vobis. ps. Benedictus. Oratio.

Sacre nobis queſumus domine obſeruationis ieiunia: ⁊ pie conuerſationis augmentum / ⁊ tue propitiationis continuum preſtent auxilium. Per dn̄m. Ad veſperas. aña. Unum opus feci et admiramini: quia totum hominem ſanum feci in ſabbato. pſal. Magnificat. Oratio.

Miſerere domine q̄ſumus populo tuo: et continuis tribulationibus laborantē propitius reſpirare cōcede. Per.

¶ Feria quarta. Lectio p̄ma.

Exo. ij. A Ecce autem deſcendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine: et puelle ei⁹ gradiebantur per crepidinem aluei. Que cum vidiſſet fiſcellam in papyrione / miſit vnam e famulabus ſuis: et allatā aperiens cernenſq; in ea paruulū vagientem / miſerta eius ait. De infantib⁹ hebreorū eſt. L.ij.

Cui ſoror pueri. Uis (inquit) vt vadā: ⁊ vocē tibi mulierem hebream que nutrire poſſit infantulū? Reſpōdit: vade. Perrexit puella: et vocauit matrē ſuam. Ad quam locuta eſt filia pharaonis. Accipe (ait) puerū iſtum: et nutri mihi. Ego dabo tibi mercedem tuam. Lec.iii.

Suſcepit mulier et nutriuit puerum; adultumqꝫ tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij: vocauitqꝫ nomen eius moyſes/ dicens qꝛ de aqua tuli eum. An. Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius qꝛ cecus natus eſt? reſpondit ieſus et dixit: neqꝫ hic peccauit neqꝫ parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Ps. Benedictus. Oratio.

Deus qui et iuſtis premia meritorum/ et peccatoribus per ieiunium veniam prebes: miſerere ſupplicibꝰ tuis: vt reatus noſtri confeſſio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominum. Ad veſperas. an. Ille homo qui dicitur ieſus lutum fecit ex ſputo: et liniuit oculos meos et modo video. Pſal.

Magnificat. Oratio.

Pateant aures miſericordie tue domine precibus ſupplicantium: et vt petentibus deſiderata concedas/ fac eos que tibi placita ſunt poſtulare. Per.

¶Feria quinta. Lectio prima.

Exo. ij. B

In diebꝰ illis. Poſtq̄ creuerat moyſes: egreſſꝰ eſt ad fratres ſuos. Viditqꝫ afflictionem eorum: et virum egyptium percutientem quendam de hebreis fratribus ſuis. Cūqꝫ circūſpexiſſet huc atqꝫ illuc et nullum adeſſe vidiſſet: percuſſum egyptiū abſcondit ſabulo. Tu autem dñe. Lectio.ii.

Et egreſſus die altero: conſpexit duos hebreos rixantes. Dixitqꝫ ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximum tuum? Qui reſpondit. Quis conſtituit te principem et iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis ſicut heri occidiſti egyptium? Tu autem. Lectio.iij.

Timuit moyſes: et ait. Quomodo palam factum eſt verbū iſtud? Audiuitqꝫ pharao ſmonem hunc: et querebat occidere moyſen. Qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra madian: et ſedit iuxta puteum. An. Pater diligit filium: et omnia demonſtrat ei que ipſe facit. Ps. Benedictus. Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant/ ipſa quoqꝫ deuotio ſancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis facilius celeſtia capiamus. Per dominum. Ad veſperas. an. Sicut pater ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic et filius quos vult viuificat.

Ps. Magnificat. Oratio.

Populi tui deus inſtitutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: vt ſemper tibi placitus/ et tuo munimine ſit ſecurus. Per. ¶Feria.vj. Lc.i.

Erāt aūt ſacerdoti madiā ſeptē filie que venerāt ad hauriendā aquam: et impletis canalibus adaquare cupiebāt greges pr̄is ſui. Superuenere paſtores: et eiecerūt eas. Lc.ij. Exo. ij. C

Surrexit itaqꝫ moyſes: et defenſis puellis adaq̄uit oues earū. Et cum reuertiſſent ad raguel pr̄em ſuū: dixit ad eas. Cur velocius veniſtis ſolito? Reſpōde ſunt. Vir egyptiꝰ liberauit nos de manu paſtorum: inſuper et hauſit aquã nobiſcum: potum ꝗ dedit ouibus. Lectio tertia.

At ille. Ubi eſt inquit? Quare dimiſiſtis hominẽ? Vocate eum ut comedat panem. Iurauit ergo moyſes ꝙ habitaret cũ eo. Accepitq; ſephoram filiam eius uxorẽ: que peperit ei filiũ quẽ vocauit gerſam dicẽs. Aduena fui in terra aliena. Alterum vero quẽ peperit vocauit eliezer dicens. Deus enim patris mei adiutor meꝰ: et eripuit me de manu pharaonis. An. Lazarus amicus noſter dormit: eamus ut a ſomno excitemus eum. pſalmꝰ. Benedictus. Oratio.

Deus qui ineffabilibꝰ mũdum renouas ſacramentis: preſta (queſumus) ut eccleſia tua eternis proficiat inſtitutis / et tẽporalibus non deſtituatur auxilijs. Per do. Ad veſpas an. Domine ſi hic fuiſſes lazarus nõ eſſet mortuus. ecce iam fetet quatriduanus in monumẽto. pſ. Magt. Oro.

Da queſumus omnipotẽs deus: ut qui infirmitatis noſtre conſcij de tua virtute cõfidimus: ſub tua ſemper protectione gaudeamus. Per dñm.

¶ Sabbato. Lectio prima.

Post multum vero tẽporis mortuus eſt rex egypti. Et igemiſcẽtes filij iſrael propter opa / vociferati ſunt. Aſcẽditq; clamor eorum ad deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum: ac recordatus eſt federis quod pepigit cũ abraham / iſaac / et iacob. Et reſpexit dominus filios iſrael: et liberauit eos. Lectio ſecunda.

Moyſes autem paſcebat oues ietro ſoceri ſui ſacerdotis madian. Cumq; minaſſet gregem ad interiora deſerti: venit ad montem dei oreb. Apparuitq; ei dominus ĩ flamma ignis de medio rubi: et videbat ꝙ rubus arderet et non cõbureretur. Dixit ergo moyſes. Vadam et videbo viſionẽ hanc magnã: quare non comburatur rubus. Le. iiij.

Cernẽs autẽ dominus ꝙ pergeret ad vidẽdum: vocauit eũ de medio rubi et ait. Moyſes moyſes. Qui reſpõdit. Adſum. At ille. Nõ appropies (inquit) huc. Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim ĩ quo ſtas / terra ſancta eſt. Et ait. Ego ſum deus patris tui: deus abraham / deus iſaac / et deus iacob. An. Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me non ambulat in tenebris / ſed habebit lumen vite dicit dominus. pſalmus. Benedictus. Oratio.

Fiat queſumus domine per gratiam tuã fructuoſus noſtre deuotiõis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia / ſi tue ſint placita pietati. Per dñm. Ab hac die uſq; ad craſti. octa. paſche / nihil fiat de feſt. ix. lec. niſi ſolũmodo de feſtis duplicibus: et hoc ab hinc uſq; ad cenam domini inclu. Et ſi aliquod dupl. feſt. in hoc ſabbato / vel in ſabbo. ſequenti contigerit: veſpere fiant de dominica / et ſolen. memo. de feſto.

¶ Dñica in paſſione tota dicit̃ hiſtoria: et feſtū ſancti gregorij A
differat̃ in craſti. Ad .2. veſpas q̃ erunt de feſt. fiat ſolen. memo.
de do. Hiſto. do. dicitur ꝑ hebd. incipiēdo cū duobus reſpōſorijs de
et in .5. fer. vꝫ .7. reſpō. hiſto. cū duobꝰ reſpōſorijs fer. Feſta ſcō
ſanctoꝝ edvvardi / cuthberti / ⁊ bñdicti / differantur vſqꝫ ad tranſ.
eoꝝ vndē. ¶ Dñica in paſſione de ſeruitio do. Ad p̄mas veſp. fiat 2 A
mēo. de ſancto edvvardo: ⁊ feſta ſanctoꝝ cuthberti ⁊ bñdicti diffe
rantur vſqꝫ ad trāſla. eoꝝ ūdē. Feria .iiij. vꝫ .8. reſpō. hiſt. cum .2.
reſpō. fer. Sabba. de annūcia. Scḋe veſp. erūt de do. ⁊ ſolē. me
mo. de feſt. licet feſt. loci fuerit. ¶ Dñica in paſſione de ſeruitio 3 A
do. Ad p̄mas veſp. fiat ſolē: mēo. de annunciā. Fer. iiij. vꝫ .8. re
ſpō. cū .2. reſpō. fer. ¶ Dñica in paſſione de ſeruitio do. Fer .3. 4 A
de ſancto ambroſio. cū. Ecce ſacerdos. ⁊ feſtū ſancti richardi diffe
ratur vſqꝫ ad tranſla. eius. Feria .v. vꝫ .8. reſpō. cum .2. reſpō. fe.
¶ Dñica in paſſiōe de ſeruitio do. Fer. iiij. ⁊ ſabba. vꝫ .8. reſpō. 5 A
cū .2. reſpōſorijs fer. ¶ Dñica in paſſione de ſeruitio do. Ad p̄i 1 B
mas veſp. que erunt de do. fiat ſolē. memo. de ſancto grego. ⁊ feſ.
ſanctoꝝ differant̃ vſqꝫ ad tranſla. eoꝝ. Et in .iiij. fe. ⁊ ſabba. vꝫ
8. reſpō. cū .2. reſpōſorijs fe. ¶ Dñica in paſſione de ſerui. do. et 2 B
feſ. ſanctoꝝ diffe. vſqꝫ ad tranſla. eoꝝ. Fer. iiij. vꝫ .8. reſpō. cū .2.
reſpōſorijs fe. ¶ Dñica ī paſſione de ſerui. do. Fe. iiij. ⁊ ſabba. 3 B
vꝫ .8. reſpō. cū .2. reſpōſorijs fer. ¶ Do. in paſſione de ſerui. do.
et nihil de ſancto richar. vſqꝫ ad tranſ. eius. Scḋe veſ. erūt de ſan 4 B
cto ambroſio: ⁊ ſol. mēo. de do. ⁊ in .5. fer. vꝫ .8. reſpō. cū .2. reſpō.
fer. ¶ Dñica in paſſione de ſeruitio do. In .iiij. fe. ⁊ ſabba. vꝫ .8. 5 B
reſpō. cū .2. reſpōſorijs fe. In .5. fe. vꝫ memo. de ſctō tyburtio ad
veſp. ⁊ ad matut. de ſctā maria. ¶ Dñica in paſſione de ſerui. do. 1 C
et feſta ſanctoꝝ edvvardi / cuthberti / ⁊ bñdicti / diffe. vſqꝫ ad trāſ
la. eoꝝ. ⁊ in .iiij. fer. ⁊ ſabba. vꝫ .8. reſpō. cum reſpōſorijs fer.
¶ Dñica in paſſione de ſerui. do. ⁊ feſt. ſancti bñdicti diffe. vſqꝫ 2 C
ad trāſla. eius: ⁊ in .iiij. fe. vꝫ .8. reſpō. cū reſpōſorijs fe. ¶ Do. 3 C
in paſſione de ſerui. do. ⁊ in .iiij. fe. ⁊ in ſabba. vꝫ .8. reſpō. cū re
ſpōſorijs fe. ⁊ feſt. ſcti richardi diffe. vſqꝫ ad tranſla. eius. ¶ Do 4 C
minica ī paſſione de ſerui. do. ⁊ feſt. ſcti ambroſij diffe. in craſti.
Scḋe veſp. erūt de ſctō ambroſio ⁊ ſolē. mēo. de do. Feria .5. dicit̃
8. reſpō. cū reſponſorijs fe. ¶ Dñica in paſſione de ſer. do. Feria 5 C
iiij. ⁊ ſabba. vꝫ .8. reſpō. cū reſpōſorijs fe. ¶ Dñica in paſſione 1 D
de ſerui. do. Fer. iiij. vꝫ .8. reſpō. cū reſpōſorijs fe. Fer. 5. de ſctō
grego. ¶ Do. in paſſione de ſerui. do. ⁊ feſ. ſanctoꝝ diffe. vſqꝫ ad 2 D
trāſla. eoꝝ. Fer. iiij. ⁊ ſabba. vꝫ .8. reſpon. cū reſpōſorijs feria.
¶ Do. in paſſione de ſerui. do. ⁊ in .6. fe. vꝫ .8. reſpō. cū reſpō. fe. 3 D
Fer. iiij. de annūcia. ⁊ ſolē. mēo. de ieiunio. ¶ Do. in paſſiōe de 4 D

ſerui.do.⁊ feſt.ſc̄i richardi diffe.vſqꝫ ad trãſla.ei⁹.⁊ in.4.fer. dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. ¶ Dñica in paſſiõe de ſeruit.do. Ad primas veſ.ſolẽ.mẽo.de feſt. In.iiij.fe.⁊ ſabba.dr.8.reſpõ.cũ reſpõſorijs fe. ¶ Dñica i paſſiõe de ſeruí.do. In.5.fe.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. Feria.iiij.de ſc̄tõ grego.cp̄. Ecce ſacerdos. ¶ Do.in paſſiõe de ſeruí.do. Fer.iiij.⁊ ſabba.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. Feſta differant vſqꝫ ad trãſ.coꝝ. ¶ Dñica in paſſiõe de ſeruitio do. Feria.5.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. Fer.3.de annũcia.⁊ ſolẽ.mẽo. de ieiunio. ¶ Do.in paſſiõe de ſerui.do.⁊ in.iiij.fe.dr.8.reſpon. cũ ℞ijs fe. Feſtũ ſc̄i richardi diffe.vſqꝫ ad trãſla.ei⁹. Feria.6. de ſc̄tõ ambroſio.cp̄. Ecce ſacerdos. ¶ Do.in paſſiõe de ſeruí.do. et in.iiij.fe.⁊ ſabba.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. ¶ Do.in paſſiõe de ſeruitio do. Fer.5.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. Feria.3.de ſc̄tõ grego. cp̄. Ecce ſacerdos. ¶ Do.in paſſiõe de ſeruí.do. Fer.iiij.⁊ ſab. dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe.⁊ feſta differã.vſqꝫ ad trãſla.coꝝ. ¶ Do. in paſſiõe de ſeruí.do. Sc̄de veſpe erũt de ſc̄tã maria:⁊ ſolẽ.mẽo. de do. Fer.2.de annũcia.⁊ ſolẽ.mẽo.de ieiu. Feria.5.dr.8.reſpõ. cũ ℞ijs fe. ¶ Do.in paſſiõe de ſeruitio do.⁊ nihil de ſc̄tõ richar. vſqꝫ ad trãſla.eius. Feria.5.de ſc̄tõ ambroſio.cp̄. Ecce ſacerdos. Feria.iiij.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. ¶ Dñica i paſſiõe de ſeruí.do. Feria.iiij.⁊ ſabba.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. ¶ Do.in paſſione de do. Sc̄de veſpe erũt de ſc̄tõ grego.cp̄. Ecce ſacerdos.⁊ ſolẽ.memo.de do. Fer.5.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. ¶ Do.in paſſiõe de do. In.iiij.fe.⁊ ſabba.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. Feſt.ſanctoꝝ differã. vſqꝫ ad trãſla.coꝝ. ¶ Do.in paſſiõe de do. Feſtũ annũcia.diffe. licet feſt.loci fuerit. Sc̄de veſ.erũt de annũcia.⁊ ſolẽ.mẽo.de do. Fer.2.de annũcia.⁊ ſolẽ.mẽo.de ieiu. Fer.5.dr.8.reſpõ.cũ reſpõſorijs fe. ¶ Dñica in paſ.de do.⁊ nihil de ſc̄tõ richar. vſqꝫ ad trãſ.ei⁹. Fe.iiij.de.ſ.ambroſio.cp̄. Ecce ſacerdos.⁊ ſolẽ.memo.de ieiu. Feria.5.dr.8.reſpõ.cũ ℞ijs fe. ¶ Dñica in paſſione de do. In.iiij.fe.⁊ ſabba.dicit.8.reſpõ.cum ℞ijs fe.

Dñica in paſſiõe dñi ad veſpe. An. Bñdictus. ps. Ipſum. Deinceps nulla dr neuma in fine a͞ñ. vſqꝫ ad oct.paſch. Sz.tñ ⁊ Bñdicamus. et Kyrie eleiſon. ⁊ grad.⁊c. hmõi cũ neuma dñr more ſolito vſqꝫ ad cenã dñi. Kyrie eleiſõ. vero ſemp cũ ſuo neuma dr.cp̄.

Threnoꝝ. iij. F

Iudicaſti dñe cauſam aie mee: defẽſor vite mee dñe deus meus. ℞. Circũdederũt me viri mendaces ſine cauſa flagellis ceciderunt me. Sed tu domine defenſor vindica me. V⁹. Quoniam tribulatio proxima eſt/ ⁊ non eſt qui adiuuet. Sed tu. Non dicitur Gloria patri, ſed repetatur ℞. Circundederunt me. Hymnus.

Vexilla regis prodeunt/ fulget crucis myſteriũ:

quo carne carnis conditor / ſuſpenſus eſt patibulo.

Confixa clauis viſcera / tendens manus veſtigia: redemptionis gratia / hic immolata eſt hoſtia.

Quo vulneratus inſuper / mucrone dire lancee: vt nos lauaret crimine / manauit vnda ſanguine.

Impleta ſunt que cōcinit / dauid fidelis carmine: dicēdo nationib⁹: regnauit a ligno deus.

Arbor decora ⁊ fulgida / ornata regis purpura: electa digno ſtipite / tam ſancta membra tāgere.

Beata cuius brachijs / preciū pepēdit ſeculi: ſtatera facta eſt corporis / predāq; tulit tartari.

Ad iſtum ℣. O crux aue. cōuertat ſe chorus ad altare vſq; ad inceptionem ps. Magnificat.

O crux aue ſpes vnica / hoc paſſionis tempore: auge pijs iuſticiam / reiſq; dona veniam.

Te ſumma deus trinitas / collaudet omnis ſpiritus: quos per crucis myſterium ſaluas / rege per ſecula. Amen. ℣. Dederūt in eſcam meam fel. ℟. Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Añ. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo / et teſtimonium perhibet de me q̄ miſit me pater. ps. Magnificat. Oro.

Queſumus omnipotēs de⁹ familiam tuam propici⁹ reſpice: vt te largiēte regatur in corpore / et te ſeruante cuſtodiatur in mēte. Per dominum.

Ad completo. aña. Miſerere. ps. Cum inuocarem. cap. Tu in nobis. ℟. In manus tuas. hy⁹. Cultor dei. et cetera oīa ſicut notantur ad cōpleto. poſt pſalte. ¶ Ad matutī. Inuitato. Hodie ſi vocem eius audieritis: Nolite obdurare corda veſtra. ps Venite. et dicit̄ ſine Gloria. ſed poſt .j. iij. et .v. verſus / repetatur Nolite obdurare. poſt .ij. vero ⁊ .iiij. ℣. totum repetatur inuitato: ⁊ ſic fiat quotidie vſq; ad cenā dn̄i / ad matutinas de tēporali tm̄: ⁊ cauſa ſubeſt / q2 non dr̄ Gloria. in fine pſal. Venite. Hymnus.

Pange lingua glorioſi / prelium certaminis: ⁊ ſuper crucis tropheum / dic triumphū nobilē: qualiter redemptor orbis / immolatus vicerit.

De parētis prothoplaſti / fraude facta condolens: quando pomi noxialis / morte morſu corruit: ipſe lignum tunc notauit / damna ligni vt ſolueret.

Hoc opus noſtre ſalutis / ordo depopoſcerat: multiformis proditoris / ars vt artem falleret: et medelam ferret inde / hoſtis vnde leſerat.

Quando venit ergo ſacri / plenitudo temporis: miſſus eſt ab arce patris / natus orbis conditor: atq; ventre virginali / caro factus prodijt.

Gloria et honor deo / vſq; quo altiſſimo: vna patri / filioq; inclyto paraclito: cui laus eſt et poteſtas / per eterna ſecula. Amen. In primo nocturno añ. Vulpes foueas habent / et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.

Ps. Beatus vir. Hec ſola añ. dicitur in primo nocturno ſup omnes ps ante ſeck. et finiantur ſiī tum Gloria. ſicut in preced. dominicis: ita tamen ꝙ quotienſcumqꝫ dicitur Gl'ia. poſt ps. exaltetur ſi neceſſe fue. et ſic fiat in ſequen. noctur. huius do. et in ſequentibus diebus vſqꝫ ad cenam do. Hy. Crux a fra. ꝛc. Et de manu. ꝛc. Hac die incipiat hiere. et legatur quotidie vſqꝫ ad paſc. quando de temporali agitur. Tamen cum fuerint noue lectiões de temporali: tunc in primo noctur. tm̄ de prophetia hieremie legat. Lectio. j.

Hie. j. A v

Verba hieremie filij helchie de ſacerdotibus qui fuerũt in anatoth in terra beniamin: quod factũ eſt verbum domini ad eum in diebus ioſie filij amos regis iuda/ in tertio decimo anno regni eius. Et factum eſt in dieb' ioachim filij ioſie regis iuda/ vſqꝫ ad cõſummationem vndecimi anni ſedechie filij ioſie regis iuda: vſqꝫ ad tranſmigrationem hieruſalem in mẽſe quinto. Et tunc finiantur oẽs lectiones de pphetia cum has clã Hec dicit. niſi in tribus noctibus ante paſc.

1 Reſpõ. Iſti ſunt dies quos obſeruare debetis temporibus ſuis. Quartadecima die ad veſperum paſcha domini eſt: et in quintadecima ſolẽnitatem celebrabitis altiſſimo domino. V. Locutus eſt dominus ad moyſen dicens/ loquere filijs iſrael ꝛ dices ad eos. Quarta. Hoc predictũ reſpõ. non dicitur per hebdoma. ſequen. ſed ad has matutinas tantum. Lectio ſecunda.

Et factum eſt (inquit hieremias) verbum domini ad me: dicẽs. Priuſꝙ te formarem in vtero noui te/ et anteꝙ exires de vulua ſanctificaui te: et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi. A a a domine de' ecce neſcio loqͥ: quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer ſũ: quoniam ad omnia que mittam te ibis: ꝛ vniuerſa que mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecũ ſũ vt eruam te: dicit domin'. Hec dicit.

2 R. Multiplicati ſunt qui tribulant me: et dicunt/ non eſt ſalus ipſi in deo eius. Exurge domine ſaluũ me fac deus meus. V. Nequando dicat inimicus me' preualui aduerſus eum. Exurge domine. Lectio. iij.

Et miſit dominus manũ ſuam: et tetigit os meũ. Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes et ſuper regna: vt euellas et deſtruas et diſperdas et diſſipes/ et edifices et plantes. Et factum eſt verbum domini ad me: dicens. Quid tu vides hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidiſti: qꝛ vigilabo ego ſuper verbũ meum vt faciam illud.

3 Reſponſo. Qui cuſtodiebant animam meam cõſilium fecerunt in vnum: dicentes. Deus dereliquit eum/ perſequimini et cõprehendite eũ: quia non eſt qui

liberet eum. Deus meus ne elongaueris a me/deus meus in adiutoriū meum intende. ℣. Omnes inimici mei aduerſum mē cōgitabant mala mihi: verbum iniquum mandauerunt aduerſum me dicentes. Deus meus. Hunc ℣ſum non ſequatur Gloria patri. ſed ℟m reincipiatur. Idem modus ſeruetur in .vj. et ix. ℟. et in quotidianis ℟. ſuper horas ⁊ in .iij. ℟. ad matutinas et quotidie fiat hoc modo vſqꝫ ad paſcha quando de temporali agitur tantum. In ſcđo nocturno. Añ. Sicut exaltatus eſt ſerpens in eremo: ita exaltari oportet filium hominis. Ps. Conſerua. ℣. De ore leonis liberā me domine. ℟. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Sermo beati iohannis epiſcopi. Lectio quarta.

Magnuꝫ hieremie ſanctiſſimi meritum: magnū in eum collatum eſt diuinitus donum. Magnuꝫ (inꝙ) hieremie eſt meritum: qui ante promeretur ꝙ naſcitur / ante ſanctificatur ꝙ editur / ante ꝓpheta conſtituitur ꝙ mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita: et ab eo necdum exercentur officia. Dona narrantur: nec tamen donorum cauſe tractantur. Promotio dicitur: ⁊ necdum ꝓmotionis negocium aperitur.

4 ℟. Deus meus es tu: ne diſcedas a mē. Quoniam tribulatio proxima eſt et non eſt qui adiuuet. ℣. Deus deꝰ meꝰ reſpice in me. Qm̄. Lectio .v.

Noli (inquit dominus) putare hieremia ꝙ hodie te prophetam conſtituo: aut nunc primum ad iſtam gentem corrigendam premitto. Olim eīm mihi probatus ac notus es: olim conſecratus ac dignus / olim ꝓpheta gentibus inſtitutus. Te mihi aptum: te idoneū preſcientia ipſa monſtrauit. Tibi prophetandi preſagium: ⁊ fiduciā predicandi attribui. Per te ꝓphete officia: et mee diſpoſitionis nuncia perferri ad illos inſtitui.

℟. Tota die contriſtatus ingrediebar domine: quoniam anima mea impleta eſt illuſionibus. Et vim faciebāt qui querebant animā meā. ℣. Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Et vim. Lectio .vj. 5

Etenim nemo te terreat: nemo tibi formidinē vaſtam immittat. Inter me ⁊ ipſos tu eris medius: qui iuſſa proferas / precepta oſtendas / mandata edicas. Nec poteris reticere que loquor: ne ſilendō poſſis afferre perniciem / qui predicando poteris conferre ſalutem. Quid eſt (inquit) dominator domine? Cur iuniori tā oneroſum pōdus imponis? Cur ad corrigendum populum etatem paruulam dirigis? Cur ꝓphetandi mihi tantam operam credis? Ego enim nec ad exequendum idoneus: qui etate minor / ſermone impedior / officio terreor. Noli (inquit dominus) dicere quia iunior ego ſum. Hoc enim per te fieri volui: hoc enī per te impleri precepi: vt iunior ſenes / et ineloquens eloquentes obiurges. Tu autem dñe.

6 ℞. Deus meus eripe me de manu peccatoꝛis / ⁊ de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab inſurgentibus in me libera me. Quoniam tu.

In .iij. nocturno añã. Recoꝛdare mei domine: ⁊ erue me ab his q̄ perſequuntur me. Ps. Celi enarrant.

℣ſus. Ne perdas cum impijs deus animã meã. ℞. Et cũ viris ſanguinũ vitã meã. ¶ Secundũ Johannẽ.

Cap̄. viij. F

In illo tẽpoꝛe. Dixit ieſus turbis iudeoꝛum: et pꝛincipibus ſacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico / quare vos non creditis mihi? Qui ex deo eſt / verba dei audit. Et reliqua. Homelia beati Gregorij [illegible] Lectio ſeptima.

Penſate fratres chariſſimi manſuetudinem dei. Relaxare peccata venerat: ⁊ dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatoꝛẽ non eſſe: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatoꝛes iuſtificare. Sed terribile eſt valde qđ ſubditur. Qui ex deo eſt: verba dei audit. Pꝛopterea vos non auditis: quia ex deo non eſtis.

7 ℞. Adiutoꝛ et ſuſceptoꝛ meus es tu domine/ et in verbum tuum ſperaui. Declinate a me maligni: et ſcrutaboꝛ mandata dei mei. ℣. Iniquos odio habui: et legẽ tuam dilexi. Declinate.

L. viij.

Si enim ipſe verba dei audit q̄ ex deo eſt: et audire verba dei non poteſt quiſquis ex illo non eſt: interroget ſe vnuſquiſqꝫ ſi verba dei in aure coꝛdis percipit ⁊ intelligit vnde ſit. Celeſtẽ patriam deſiderare veritas iubet: carnis deſideria conterere / mundi gloriam declinare / aliena non appetere / pꝛopꝛia largiri. Penſet ergo apud ſe vnuſquiſqꝫ noſtrũ ſi hec vox dei i coꝛdis eius aure conualuit: ⁊ quia iam ex deo ſit
agnoſcit. ℞. In te iactatus ſum ex 8
vtero: de ventre matris mee de⁹ meus es tu: ne diſcedas a me. Quoniã tribulatio pꝛoxima eſt / et non eſt qui adiuuet. ℣. Salua me ex oꝛe leonis: et a coꝛnibus vnicoꝛniũ humilitatẽ meã. Quoniam tribulatio. Lectio nona.

Nam ſunt nonnulli qui pꝛecepta dei nec aure coꝛdis percipere dignantur. Et ſunt nonnulli qui hec quidem coꝛpoꝛis aure percipiunt: ſed nullo ea mẽtis deſiderio amplectunt. Et ſunt nõnulli q̄ libẽter ꝟba dei ſuſcipiũt / ita vt etiã fletib⁹ cõpungant: ſed poſt lachꝛymarum tẽpus ad iniq̃tatẽ redeũt. Hi ꝓfecto verba dei nõ audiũt: qꝛ hec exercere in oꝑe ꝯtẽnũt. Vitã ergo veſtrã fratres chariſſimi ante mẽtis oculos reuocate: ⁊ alta cõſideratione ꝑtimeſcite hoc qđ ex oꝛe veritatis ſonat. Pꝛopterea vos nõ auditis:
qꝛ ex deo nõ eſtis. ℞. In pꝛimo 9
eſt tribulatio mea dñe (et non eſt qui adiuuet) vt fodiãt manus meas ⁊ pedes meos: libera me de oꝛe leonis. Ut enarrem nomen tuũ fratribus meis. ℣. Erue a framea deus animã meã: et de manu canis vnicam meam. Ut enarrem. ℞. In pꝛoximo. ℞. ſex.

Ne perdas cum impijs deus animam meam/ et cum viris sanguinum vitaꝫ meam. Redime me domine. ℣. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. Redime. ℟. Ne auertas faciem tuam a puero tuo dñe. Quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣. Intende anime mee/ et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Quoniã tribulor. Hec duo ℟ ia ferialia semꝑ dicunt̃ pariter in vno die: ⁊ quotiens dicetur de iij. noctur. ꝑ hebdo. de scr. tẽporali. ℣. Intende anime mee ⁊ libera eam. ℟. Propter inimicos meos eripe me. Iste ℣sus dicitur quotidie ante laudes vsqꝫ ad cenam dñi: quando de temporali agitur. ¶ In laudibus antiphona.

Vide domine afflictionẽ meaꝫ: qm̃
1 erectus est inimicus meus. ps. Miserere. an. In tribulatione inuoca-
2 ui dominum: ⁊ exaudiuit me in latitudine. ps. Confitemini. añ. Iudi-
3 casti dñe causam aie mee: defensor vite mee dñe deus meus. ps. Deus deus meꝰ. añ. Popule meus qd̃ feci
4 tibi? aut quid molestus fui? responde mihi. ps. Benedicite. aña. Nun-
5 quid redditur pro bono malum/ quia foderunt foueam anime mee? ps. Laudate dominũ. Capitulum.

Heb. ix. C

Christus assistens pontifex futurorum bonorum peramplius ⁊ perfectius tabernaculum non manu factum/ id est non huius creationis: neqꝫ per sanguinem hircorũ aut vitulorũ: sed per propriũ sanguinẽ introiuit semel i sancta eterna redẽptiõe inuẽta. Hym.

Lustra sex qui iam peracta/ tempus implens corporis: se volente natus ad hoc/ passioni deditus: agnus in cruce leuatur/ immolandus stipite.

Hic acetum fel arundo/ sputa claui lancea: mite corpus perforatur/ sanguis vnda ꝓfluit: terra/ pontus/ astra/ mundus/ quo lauantur flumine.

Crux fidelis inter omnes/ arbor vna nobilis: nulla silua talem profert/ fronde flore germine: dulce lignũ/ dulces clauos/ dulce pondus sustinet.

Flecte ramos arbor alta/ tensa laxa viscera: et rigor lentescat ille/ quem dedit natiuitas: vt superni membra regis/ mitẽ tendas stipite.

Sola digna tu fuisti/ ferre precium seculi: atqꝫ portum preparare/ nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perunxit/ fusus agni corpore.

Gloria ⁊ honor. ℣sus. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me. aña. Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico/ quare vos non creditis mihi? qui est ex deo verba dei audit: propterea vos non auditis/ quia ex deo non estis. ps. Benedictus. oratio. Quesumus omnipotens deus. ⁊c. Ad primam aña. Ego demonium non habeo/ sed honorifico patrem meum dicit dominus. psal. Deus deus meus respice. Ab hac die ⁊ deinceps vsqꝫ ad octa. pasche non dicitur ℟. Jesu christe sed post cap. statim dicit̃ ab vno solo puerna ex parte chori loco nec habitu mutato. ℣. Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Hoc eodē modo dicitur quotidie vſq; ad cenam domini quando de temporali agitur tantū. Ad tertiam añ. Ego gloriam meam non quero: eſt qui querat et iudicet. Ps. Legem pone. cap̄m. Chriſtus aſſiſtēs. ℟. Erue a framea Chorus proſequat' totum deus animam meam. Et de manu canis vnicam meā. Clericus. ℣. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. Et de ma. ℣. De ore leonis. Ad ſextam aña. Amen amē dico vobis: ſi q̇s ſermonē meū ſeruauerit / mortem nō guſtabit in eternū. Ps. Defecit. Capłm.

Heb. ix. D SAnguis chriſti qui p ſpiritū ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatū deo: emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis / ad ſeruiendum deo viuenti. ℟. De ore leonis Chorus proſequat' totum libera me domine. Et a cornibus vnicornium humilitatē meā. Clericus. ℣ſus. Erue a framea deus animam meā: et de manu canis vnicā meā. Et a cornibus. ℣. Ne perdas cum impijs. Ad nonam añ. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum / vidit et gauiſus eſt. Ps. Mirabilia teſtimonia. Capitulū.

bbi ſ IDeo fratres chriſtus noui teſtamēti mediator eſt: vt morte intercedēte repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt eterne hereditatis. ℟. Principes Chorus proſequatur perſecuti ſunt mē gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego ſuper eloquia tua. Clericus. ℣ſus. Quaſi qui inuenit ſpolia multa. Letabor. ℣ſus. Eripe me domine ab homine malo. ℟. A viro iniquo libera me. Ad veſperas aña. Sede a dextris. Ps. Dixit dominus. cap̄. Chriſtus aſſiſtens. ℟. Uſquequo Chorus proſequatur totum exaltabitur inimicus meus ſuper me. Reſpice et exaudi me domine deus meus. Clericus. ℣ſus. Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui. Reſpice. non dicitur Gloria, ſed ℟. reincipiatur. Hoc ℟. dicitur quotidie ad veſperas per hebdoma. quando de temporali agitur. hẏ. Vexilla regis. ℣ſus. Dederunt in eſcam meā fel. aña. Amen amen dico vobis: anteq̄ abraham fieret ego ſum: ſuſtulerunt lapides iudei vt iacerent in ieſum: ieſus autem abſcondit ſe et exiuit de templo. Ps. Magnificat. oratio. Queſumus omnipotens deus.

¶ Feria. ij. in paſſione domini ad matutinas Inuitato. Adoremus dominum. Qui nos redemit per crucem. Ps. Venite exultemus. Hoc inuitato. dicit' quotidie ad matutinas vſq; ad cenā domini quando de feria agitur. hymn⁹. Pange lingua glorioſi. Ad noctur. aña. Dñs defenſor. Ps. Dominus illuminatio. et alie añe cum ſuis p̄s de noctur. more ſolito dicantur: et ſic fiat in ſingulis noctur. quotidie vſq; ad cenam domini: quando de feria agitur. Quotidie per hanc hebdomadam dicuntur ℣. et ℟. ad matutinas ſecūdum ordinē nocturn. ℟. et ℣. hiſto. do. excepto primo ℟. quod non dicetur: ita tamē q̄ ℟. ia ferialia non omittantur. Lectio prima.

Et factum eſt verbum domini ſecūdo ad me dicēs. Quid tu vides? Et dixi. Ollam ſuccēſam ego video: et faciem eius a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me. Ab aquilone pādetur omne malum ſuper omnes habitatores terre. Quia ecce conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis: dicit dominus. Et venient ⁊ ponent vnuſquiſq; ſolium ſuū in introitu portarum hieruſalem: ⁊ ſup omnes muros eius in circuitu: et ſuper vniuerſas vrbes iuda. Et loquar iudicia mea cū eis ſuper omnem maliciam eorum qui dereliquerunt me: ⁊ libauerunt dijs alienis, ⁊ adorauerūt opus manuū ſuarum. Lectō. ii.

Dixit ergo dominus. Tu accinge lumbos tuos: ⁊ ſurge et loquere ad eos omnia que ego precipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorū. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitam, ⁊ in colūnam ferream, et in murum ereum ſup omnē terram, regibus iuda ⁊ principibus eius ⁊ ſacerdotibus ⁊ populo terre. Et bellabunt aduerſus te ⁊ non preualebunt: quia ego tecum ſum (ait dominus) vt liberem te. Lectio tertia.

Et factum eſt verbum domini ad me dicens. Vade ⁊ clama in auribus hieruſalem, dicēs. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam: ⁊ charitatem deſponſationis tue quando ſecuta es me in deſerto, in terra q̄ non ſeminatur. Sanctus iſrael domino: primicie frugum eius. Omnes qui deuorant eum delinquunt: mala venient ſuper eos dicit dñs. In laudibus añe et pſalmi illius ferie. Capitulum.

Domine demonſtraſti mihi ⁊ cognoui: tu oſtēdiſti mihi ſtudia eorum, ⁊ ego quaſi agnus manſuetus qui portat ad victimam. hyº. Luſtra ſex. ℣. Eripe me de inimicis. Añ. In die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus ⁊ clamabat dicens: ſi quis ſitit veniat ad me et bibat. Ps. Benedictus. Oro.

Hiere. x

D

Sanctifica queſumus dñe noſtra ieiunia: ⁊ cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparū. Per do. Ad primam añ. Anime impiorum aduerſum me: et grauatū eſt cor meū ſuper eos. Ps. Deus in nomine. Ad tertiam añ. Iudicaſti domine cauſam anime mee, defenſor vite mee dñe deus meus. Ps. Legē pone. Cap.

Faciem meam non auerti ab increpantibus ⁊ conſpuentibus in me: dominus deus auxiliator meus, et ideo nō ſum confuſus. ℟. Erue a framea. ℣. De ore leonis. Ad ſextam aña. Popule meus quid feci tibi? aut quid moleſtus fui? reſponde mihi. Ps. Defecit in ſalutare. Capitulum.

Eſa

l. C

Dominus deus auxiliator meus: ⁊ ideo non ſum cōfuſus: ideo poſui faciem meam

vbi

vt petram duriſſimam: et ſcio quoniam non confundar. ℟. De ore leonis. ℣. Ne perdas. Ad tr. aña. Nunquid redditur ꝓ bono malum; quia foderunt foueam anime mee? ps. Mirabilia. Caplm.

Hie. xvij C Confundantur qui me perſequuntur et non confundar ego: paueant illi et non paueam ego. induc ſuper eos diē afflictionis: et duplici cōtritione contere eos domine de9 noſter. ℟. Principes. ℣. Eripe me domine ab homine malo. Supradict9 ordo hym. cp. et añ. ſeruet quotidie vſq3 ad cenam dñi. ℟. et ℣. ad omnes hor. per hebdo. dicant quē dr de capite ieiu. vſq3 ad cenā dñi i fer. dieb9 tantū. Ad veſ. añe et pſal. fer. cp. Iudicaſti domine. Hoc cpm. dr ad veſperas. vſq3 ad. iiij. fer. ante paſc. quādo de feria agitur. ℟. Uſquequo. hy9. Vexilla regis. ℣. Vederant. añ. Si quis ſitit veniat et bibat: et de ventre eius fluent aq̄ viue. ps. Magnificat. Oratio.

Da queſumus domine populo tuo ſpiritum veritatis et pacis: vt et te tota mēte cognoſcat: et que tibi placita ſūt pia deuotione exerceat. Per.

¶ Feria tertia. Lectio pma.

Audite verbum domini domus iacob: et omnes cognationes dom9 iſrael. Hec dicit dominus. Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatiſ quia elongauerunt a me: ⁊ ambulauerunt poſt vanitatem/ et vani facti ſūt? Et nō dixerūt. Vbi eſt dñs qui aſcendere nos fecit de terra egypti: qui traduxit nos per deſertum/ per terrā inhabitabilem et inuiam/ per terram ſitis ⁊ imaginē mortiſ/ et per terrā in qua non ambulauit vir neq3 habitauit homo? Hec dicit dominus. Lectio. ij.

Et induxit vos in terram carmeli: vt comederetis fructum eius et bona illius. Et ingreſſi contaminaſtis terram meam: et hereditatē meam poſuiſtis in abominationem. Lect. iij.

Sacerdotes non dixerunt vbi eſt dominus: ⁊ tenentes legem neſcierunt me: et paſtores preuaricati ſunt i me. Et ꝓphete ꝓphetauerunt in baal: ⁊ idola ſecuti ſūt. Propterea adhuc iudicio cōtēdā vobiſcum ait dñs: et cum filijs vr̄is diſceptabo. Hec dicit. añ. Tempus meū nondum aduenit: tēpus aūt veſtrū ſemꝑ eſt paratū. ps. Bñdict9. Oratio.

Noſtra tibi domine queſumus ſint accepta ieiunia: que nos et expiando gratia tua dignos efficiant/ et ad remedia perducāt eterna. Per dominum. Ad veſperas aña. Uos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego nō aſcendam quia tempus meū nondum aduenit. ℣. Magr̄. oro.

Da nobis queſumus dñe perſeuerātem in tua voluntate famulatū: vt i dieb9 noſtris et merito et nūero ppl'us tibi ſeruiens augeat. Per dn̄.

¶ Feria quarta. Lectio pma.

Tranſite ad inſulas cethi et videte: et in cedar mittite et conſiderate vehemēter:

et videte ſi factum eſt huiuſcemodi: ſi mutauit gens deos ſuos. Et certe ipſi non ſunt dij. Populus vero meus mutauit gloꝛiam ſuam in idolum. Lc.ij.

Obſtupeſcite celi ſuper hoc et poꝛte eius deſolamini vehemēter: dicit dominꝰ. Duo enī mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aque viue: et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas/ que continere non valēt aquas. Hec dicit. Lectio.iij.

Numquid ſeruus eſt iſrael: aut vernaculus? Quare ergo factꝰ eſt in pꝛedam? Super eum rugierunt leones: et dederunt vocem ſuam: poſuerunt terrā eiꝰ in ſolitudinem. Ciuitates eius exuſte ſunt: ⁊ non eſt qui habitet in eis. Hec dicit dominꝰ. ℟. Oues mee vocē meam audiūt/ ⁊ ego dn̄s agnoſco eas. ℣. Bn̄dictꝰ. oꝛ.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuoꝝ coꝛda fidelium miſeratoꝛ illuſtra: et quibꝰ deuotionis pꝛeſtas affectum/ pꝛebe ſupplicātibus piū benignꝰ auditū. Per. Ad veſperas. A. Multa bona opera operatus ſum vobis: pꝛopter quod opus vultis me occidere? Pſ. Magnificat. Oꝛatio.

Adueniat q̄s dn̄e mīa tua ſperata ſupplicibꝰ/ et eis celeſtis munificētia tribuatur: quatenꝰ ⁊ recte petēda poſtulent/ ⁊ poſtulata pcipiant. Per dn̄m. ¶ Fer. quinta. Lectio. j.

Filij quoqꝫ mempheos et taphneos cōſtupꝛauerūt te vſqꝫ ad verticem. Numqd nō illud factū eſt tibi: qꝛ dereliqſti dominū deū tuū/ eo tēpoꝛe quo ducebat te per viam. Lc.ij.

Et nunc quid tibi vis in via egypti: vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via aſſyrioꝛum: vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua: ⁊ auerſio tua increpabit te. L.iij.

Scito et vide qꝛ malū ⁊ amarum eſt reliquiſſe te dn̄m deum tuum/ et nō eſſe timoꝛē eius apud te: dicit dn̄s deꝰ exercituū. A ſeculo confregiſti iugū meum: rupiſti vincula mea et dixiſti. Non ſeruiam. Hec dicit. ℟. Quid moleſti eſtis huic mulieri? opꝰ enim bonum operata eſt in me. Pſal. Benedictus. Oꝛatio.

Preſta q̄s oīps deus: vt dignitas conditionis humane p immoderantiā ſauciata/ medicinalis parſimonie ſtudio refoꝛmet. Per. Ad veſ. A. Mittēs hec mulier in coꝛpꝰ meū hoc vnguentū/ ad ſepeliēdū me fecit. Pſ. Magt. oꝛ.

Eſto queſumꝰ dn̄e pꝛopitius plebi tue: vt que tibi non placent reſpuēs/ tuoꝛū potius repleatur delectationibus mādatoꝝ. Per. ¶ Fer. vi. L. j.

In omni enim colle ſublimi: ⁊ ſub omni ligno frondoſo tu pꝛoſternabaris meretrix. Ego autem plantaui te vineam electā: om̄e ſemen verū. Quomodo ergo cōuerſa es mihi in prauū vinea aliena? L. ij.

Si laueris te nitro ⁊ multiplicaueris tibi herbā boꝛith: maculata es in iniquitate coꝛam me/ dicit dn̄s deꝰ. Quomodo dicis nō ſum polluta: poſt baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle: ſcito quid feceris. Hec dicit dñs. Lectio .iij.

Curſoꝛ leuis explicans vias ſuas onager aſſuetus in ſolitudine: in deſiderio anime ſue attraxit ventum amoꝛis ſui. Nullus auertet eam. Omnes q̄ querunt eam non deficient: in menſtruis eius inuenient eam. An. Appꝛopinquabat autem dies feſtus et querebant pꝛincipes ſacerdotum quomodo ieſum interficerent: ſed timebant plebem. ps. Bñdictꝰ. Oꝛo.

Oꝛdibꝰ noſtris queſumꝰ domine auxilium gratie tue benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes / tempoꝛaliter potiꝰ maceremur q̄ ſupplicijs deputemur eternis. Per dñm.

Ad veſperas. An. Pꝛincipes ſacerdotum cōſiliū fecerunt vt ieſum occiderent. dicebant autem / non in die feſto: ne foꝛte tumultus fieret in populo. ps. Magnificat. Oꝛatio.

Concede nobis queſumus domine veniam peccatoꝛum et religionis augmentuꝫ: atqꝫ vt in nobis tua dona multiplices / tuis fac mādatis pꝛōptioꝛes. Per. ¶ Sabbato. L. j.

Pꝛohibe pedem tuū a nuditate: et guttur tuum a ſiti. Et dixiſti. Deſperaui: nequaq̄ faciam. Adamaui quippe alienos: et poſt eos ambulaui. Quomodo confunditur fur quando depꝛehenditur: ſic cōfuſi ſunt domus iſrael / ipſi et reges eoꝛum / pꝛincipes et ſacerdotes et pꝛophete eoꝛum. Dicētes ligno / pater meus es tu: et lapidi / tu me genuiſti. Lec. ij.

Uerterunt ad me terguꝫ & nō faciem: et in tempoꝛe afflictionis ſue dicent. Surge & libera nos. Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi? Surgant et liberēt te in tempoꝛe afflictionis tue. Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui iuda. Hec dicit dominus. Lc. iij.

Quid vultis mecum iudicio cōtendere? omnes dereliquiſtis me dicit dominus. Fruſtra percuſſi filios veſtros: diſciplinam non receperūt. Deuoꝛauit gladius veſter pꝛophetas veſtros: quaſi leo vaſtatoꝛ generatio veſtra. Hec dicit. An. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcū anteq̄ patiar. ps. Bñdꝰ. Oꝛ.

Pꝛoficiat q̄s dñe plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt ſacris actionibꝰ erudita / quanto maieſtati tue fit gratioꝛ: tanto donis potioꝛibꝰ augeatur. Per dñm.

¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali. Et fe-
ſtum annunciationis differatur vſqꝫ ad .5. fe. poſt octa. paſche. 1 A
¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali. Ad pꝛi-
mas veſperas que erunt de dominica fiat ſolen. memo. de annū- 2 A
cia. beate marie: licet feſtum loci fuerit. ¶ Dominica in ramis
palmarum de ſeruitio do. et feſt. ſancti richardi differa. vſqꝫ ad 3 A

tranſ. eius. Feria.3. de ſancto ambꝛoſio. cpm. Ecce ſacerdos. Fe
ria.2. dicuntur exequie moꝛtuoꝛum cum.ix.lectio. cum miſſa in
craſti. ¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali: 4 A
et ceteris ferijs de ieiunio: et nihil de martyꝛibus niſi memoꝛia
ad veſperas ⁊ ad matuti. de ſancta maria. ¶ Dominica ī ramis 5 A
palmarum de ſeruitio dominicali. Feria.3. dicūtur exequie moꝛ
tuoꝛum cum nouem lect. cum miſſa in craſti. ¶ Dominica in ra- 1 B
mis palmarum de ſeruitio dominicali: et feſtum annunciationis
differatur vſqꝫ ad.5.fe. poſt octa. paſche. ¶ Dominica in ramis 2 B
palmarum de ſeruitio dominicali. Feria.3. dicūtur exequie moꝛ
tuoꝛum cum.ix.lect. cum miſſa in craſti. ¶ Dominica in ramis 3 B
palmarum de ſeruitio dominicali: et feſtum ſancti richardi diffe
ratur vſqꝫ ad tranſlationem eius. Secunde veſpere in dominica
erunt de feſt. ⁊ ſolen. memo. de dominica. ¶ Dominica in ramis 4 B
palmarum de ſeruitio dominicali. Feria.3. dicūtur exequie moꝛ
tuoꝛum cum nouem lect. ¶ Dominica in ramis palmarū de ſer- 5 B
uitio dominicali. Feſtum ſancti geoꝛgij differatur in.9.diē mē-
ſis maij: ſed caue de tranſla. ſancti nicolai: quia vbi celebꝛatur
tūc feſtum ſancti geoꝛgij differtur vſqꝫ ad.11.diem maij. ¶ Do- 1 C
minica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali: et feſtum an
nunciationis differatur vſqꝫ ad.5.feriā poſt octa. paſche. ¶ Do 2 C
minica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali. Feria.3. dicū
tur exequie moꝛtuoꝛum cum.ix.lectio. Feſtū ſancti richardi dif-
feratur vſqꝫ ad tranſ. eiꝰ. ¶ Dn̄ica in ramis palmarum de ſerui 3 C
tio dominicali. et feſtum ſancti ambꝛoſij differatur in craſti. Se
cunde veſpere in dominica erunt de feſto: et ſolen. memoꝛia de do
minica. ¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominica. 4 C
Feria.4. fiat memoꝛia de martyꝛibus ad veſperas ⁊ ad matut.
de ſancta maria. ¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio do 5 C
minicali: et feſtum ſancti geoꝛgij diffe. ad quintū diem maij.
¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali: et feſta 1 D
ſanctoꝛum differantur vſqꝫ ad trāſla. ¶ Dominica in ramis pal 2 D
marum de ſeruitio dominicali. Feria.4. de annunciatione. Se-
cunde veſpere erunt de cena domini: et ſolen. memoꝛia de annū
ciatione. ¶ Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominica 3 D
li: et feſtum ſancti richardi differatur vſqꝫ ad tranſ. et feſtū ſan-
cti ambꝛoſij differa. vſqꝫ ad.3.feriam poſt octa. paſc. ¶ Domini- 4 D
ca in ramis palmarum de ſeruitio dominicali. Ad p̄mas veſpe-
ras que erunt de do. fiat ſolen. memoꝛia de ſancto ambꝛoſio. ¶ Do 5 D
minica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali. Feria.3. dicū
tur exequie moꝛtuoꝛum.ix.lect. cum miſſa in craſti. ¶ Domini- 1 E
ca in ramis palmarum de ſeruitio dominicali: et feſta ſanctoꝛum

edbbardi, cuthberti et benedicti differantur vſqꝫ ad tranſlatio=
2 E eorum. ¶Dominica in ramis palmarum de ſeruitio dominicali.
In dominica dñr exequie mortuorum cum. ix. lc. Feria. 3. feſtū
3 E annunciationis et ſolen. memoria de ieiuñ. ¶Dominica in ra=
mis palmarum de ſeruitio dominicali: et feſt. ſancti richardi dif
feratur vſqꝫ ad tranſ. eius: et feſt. ſancti ambroſij differatur vſ=
4 E qꝫ ad. 3. fe. poſt oc. paſc. ¶Dominica in ramis palmarum de ſer=
uitio do. Feria. 3. dñr exequie mortuorum cū. ix. lect. cū miſſa in
5 E craſti. ¶Dominica in ramis palmarum de ſeruitio do. Feria. 3.
dicuntur exequie mortuorum cum. ix. lect. cum miſſa in craſti.
1 A ¶Dominica in ramis palmarum de ſeruitio do. et feſta ſanctorꝫ
2 A diffe. vſqꝫ ad tranſ. ¶Dominica in ramis palmarum de ſer. do.
Secūde veſpe. erūt de annūciatione: et ſolen. memoria de domi=
3 A nica. ¶Dominica in ramis palmarum de ſerui. do. ⁊ nihil de ſan
cto richardo vſqꝫ ad trāſ. et feſt. ſancti ambroſij differ. vſqꝫ ad. 3.
4 A fe. poſt octa. paſche. ¶Dominica in ramis palmarum de ſerui.
5 A do. Fer. 3. dñr exequie mortuorum cum miſſa in craſti. ¶Domi=
nica in ramis palmarum de ſeruitio do. Fer. 3. dicuntur exeqe
1 G mortuorum cum miſſa in craſti. ¶Dominica in ramis palmarū
de ſeruitio dominicali: et feſta ſanctorum. ix. lc. differantur vſqꝫ
2 G ad tranſ. eorꝫ. ¶Dñica in ramis palmarum de ſerui. do. Feſtum
annunciationis differa. in craſti. ⁊ ſecunde veſpere erunt de an
nunciatione et ſolen. memo. de do. Feria ſcda de annuncia. Fer.
tertia dñr exequie mortuorum cum. ix. lectionibus ⁊ cū miſſa in
3 G craſti. ¶Dominica in ramis palmarum de ſeruitio do. et feſtum
ſancti richardi differatur vſqꝫ ad tranſ. Feria. 4. de ſancto am=
broſio. cōm. Ecce ſacerdos. ⁊ ſolen. memo. de ieiuñ. Scde veſpe.
4 G erunt de cena dñi: et ſolen. memoria de do. ¶Dominica in ramis
palmarum de ſerui. do. Fer. 3. dicunt exequie mortuorꝫ cum miſ.
5 G in craſti. ¶Do. in ramis palmarum de ſeruitio do. Feria. 3. dñr
exequie mortuorum cum. ix. lec. cum miſſa in craſti.

¶Dominica in ramis palmarum. Ad veſperas. Añ. Benedictus. pſal. Ipſum. Capitulum.

Phi. ij. A Hoc fratres ſentite in vobis quod et in xp̄o ieſu: q cum in forma dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiēs. ℟. Circūdederunt me. vbi in hebdom. prima precedẽ. Hoc ℟. dr quotidie ad veſpe. vſqꝫ ad cenam dñi: niſi in. ij. veſ. huiꝰ do. hyꝰ. Vexilla. ℣. Dederſic. Añ. Clarifica me pater apud temetipſum claritate quā habui priuſqꝫ mūdus fieret. ps. Magnificat. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus q humano generi ad imitandū humilitatis exemplum ſaluato

rem noſtrum carnem ſumere ⁊
crucem ſubire feciſti: concede
propitius vt ⁊ patientie ipſius
habere documenta/ et reſurrectionis
conſortia mereamur. ꝑ
eundem. Ad matuti. inui. Ipſi
vero nõ cognouerũt vias meas. Quibus
iuraui in ira mea ſi introibunt in
requiem meam. ps. Venite. hy⁹.
Pange lingua. In .j. nocturn.
hec ſola an. dicitur ſuper omnes
pſos. an. Quid moleſti eſtis huic mulieri?
opus enim bonum operata eſt
in me. ps. Beatus vir. ℣. Erue a
framea. Lectiones in primo nocturn.
de prophetia hieremie per
ordinem legantur. Lectio .j.

Videte verbum domini.
Nunquid ſolitudo factus
ſum iſraeli? Quare ergo dixit
populus meus: receſſimus/ nõ
veniemus vltra ad te? Nunquid
obliuiſcetur virgo ornamenti
ſui: aut ſponſa faſcie pectoralis
ſue? Populus vero me⁹ oblitus
eſt mei dieb⁹ innumeris.
1 Hec dicit. ℟. In die qua inuocaui
te domine dixiſti: noli timere. Iudicaſti
cauſam meam et liberaſti me
deus meus. ℣. In die tribulatiõis
mee clamaui ad te/ qui exaudiſti me.
Iudicaſti cauſam. Lectio ſecũda.

Quid niteris bonam oſtẽdere
viam tuam ad querẽdam
dilectionẽ: que inſup et
malitias tuas docuiſti vias tuas/
⁊ i alis tuis inuẽt⁹ eſt ſanguis
aiarũ paupeꝝ et innocentiũ?
Nõ in foſſis inueni eos:
ſed in oib⁹ q̃ ſupra memoraui.
Et dixiſti. Abſq; peccato ⁊ innocẽs
ego ſum: ⁊ ꝓpterea auertatur
furor tu⁹ a me. ℟. Fratres 2
mei elõgauerũt a me: ⁊ noti mei quaſi
alieni receſſerunt a me. ℣. Amici
mei et ꝓximi mei. Quaſi. Lectio .iij.

Ecce ego iudicio contẽdã
tecũ: eo ꝙ dixeris/ nõ peccaui.
Quã vilis facta eſt nimis
iterãs vias tuas. Et ab egypto
cõfunderis: ſicut cõfuſa es ab
aſſur. Nã et ab iſta egredieris
et manus tue erunt ſup caput
tuũ: qm̃ obtriuit dñs cõfidẽtiã
tuã/ ⁊ nihil habebis proſpeꝝ.
℟. Dñs ieſus ante ſex dies paſche 3
venit bethaniam vbi fuerat lazarus
mortu⁹. Quẽ ſuſcitauit ieſ⁹. ℣. Cõuenerũt
aũt ibi multi iudeorũ vt lazarũ
viderent. Quẽ. Repetatur ℟. Dñs
ieſus. In .ij. noc. an. Mittẽs hec mulier
in corpus meũ hoc vnguentum:
ad ſepeliẽdũ me fecit. ps. Cõſerua.
℣. De ore. Sermo btĩ mari. epi.

Pſalmi viceſimi Lec. iiij.
primi q̃ lect⁹ eſt ſeriẽ decurſuri/
diligenter prius debemus
intendere quid in ſuperſcriptione
cõtineat: vt cognita ei⁹
origine intelligentiã ipſius facili⁹
cõſequamur: ⁊ manifeſtato
capite poſſint recti⁹ mẽbra
diſtribui. Inſcribitur eni ita. In
finẽ ꝓ ſuſceptiõe matutina pſalmus
ipi dauid (niſi fallor) ſuſceptio
matutina ſolis ortũ ſemꝑ
anteuenit. Et ꝑinſeq̃ orbẽ radiorũ
clar⁹ ſplẽdor illuminet/ matutinũ
noctiũ tenebris terminum
ponit: ac reſoluta ſenſim
caliginũ cecitate rebus cunctis
facies quedam ac lumen infunditur.
℟. Inſurrexerunt in me 4
viri iniqui: abſq; miſericordia que

ſierunt me interficere: et non pepercerunt in faciem meam ſpuere: ⁊ lanceis ſuis vulnerauerunt me: et concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Ego autem eſtimabam me tanq̄ mortuū ſuper terram. ℣. Et dederunt in eſcam meam fel: et in ſiti mea potauerūt me aceto. Ego autem. Lectio quinta.

Et cū veluti ſub vna materie tenebrarū mundus in confuſione iacuerit: interueniēte matutino diuerſa ſpecierum varietate diſtinguit. Hoc eſt / cum omnia ceca ante fuerint: tunc oculi omniū reparantur. Nox enim quodāmodo aufert oculos mundo: aurora reſtituit. Ac ita ante matutina ſuſceptione perfruimur: vt glorioſius poſtmodum ſolis ſplendore 5 potiamur. ℟. Noli eſſe mihi dñe alienus: parce mihi in die mala: confundantur omnes qui me perſequuntur. Et non confundar ego. ℣. Confundantur omnes inimici mei qui querunt animam meam vt auferant eam. Et non. Lectio ſexta.

Sed quoniā (ſicut dicit apoſtolus) lex ſpiritualis eſt / et ſpiritualibus ſpiritualia comprobanda ſunt: ſolem hic iuſtitie arbitror deſignari / hoc eſt chriſtum dominum. Qui nobis ignorantie tenebris ⁊ peccatorum cecitate ſubmerſis celeſtis doctrine ſue lumen infudit: et quos non habebam⁹ oculos cordis inſeruit. Et velut radios quoſdā apoſtolos ſuos miſit: q̄ nos de nocte teterrima delinquentie liberarēt: ⁊ paulatim reſolutis in nobis tenebris peccatorum / matutina nos ſuſceptione conſueſcerēt: vt perfecti facilius poſſemus tolerare ſolis ardorem. ℟. Cogitauerunt aūt 6 principes ſacerdotum vt et lazarum interficerent. Propter quem multi veniebant ⁊ credebant in ieſum. ℣. Teſtimonium ergo perhibebat turba q̄ erat cū eo quādo lazarū vocauit de monumento: et ſuſcitauit eū a mortuis. Propter. Repetatur ℟. In tertio nocturno Añ. Magiſter dicit. tēpus meum prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Ps. Celi enarrant. ℣ſus. Ne perdas cum impiis deus animam meam.

Euange. Secūdū Matheum.

In illo tempore. Cum appropinquaſſet ieſus hieroſolymis ⁊ veniſſet bethphage ad montē oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicēs illis. Ca. xxj. A Ite in caſtellum quod contra vos eſt: et ſtatim inuenietis aſinam alligatam / ⁊ pullum cum ea. Soluite et adducite mihi. Et reliqua. Homelia venerabilis bede preſbyteri. Lectio ſeptima.

Mediator dei ⁊ hominum homo chriſtus ieſus: qui ꝓ humani generis ſalute paſſurus de celo deſcēdit ad terras / appropinquāte hora paſſiōis ſue hieroſolymam venit: vt ꝑ hoc etiā clareſceret / quia non inuitus ſed ſpontaneus pateretur. In aſino venire / ⁊ a turbis rex appellari ac laudari voluit: vt etiam per hoc quiſq; eruditus agnoſceret ipſum eſſe chriſtum / quem ſic illo venturum prophetia olim premiſſa ſignauerat.

Dicite filie ſion. Ecce rex tuus
venit ſedēs ſuper aſinam ⁊ pullum
7 filium ſubiugalis. ℟. Attende
domine ad me: et audi voces aduerſariorum
meorū. Nunquid reddit
pro bono malum/ quia foderūt foueā
anime mee? ℣. Recordare ꝙ ſteterim
in cōſpectu tuo vt loquerer pro
eis bonū/ et auerterem indignationē
tuā ab eis. Nunquid. Lectio. viij.

Ante quinq; dies paſche
venire voluit: ſicut ex iohannis
euangelio didicimus.
Vt etiā per hoc oſtēderet ſe eſſe
agnum immaculatū: qui peccata
tolleret mūdi. Agnus ꝗppe
paſchalis cuius immolatiōe
populus iſraeliticus eſt de egyptiaca
ſeruitute liberat⁹: ante
quinq; dies paſche (id eſt tertia
decima luna) iuſſus eſt tolli/ et
quartadecima luna ad veſperū
immolari. Significans eū qui
eſt ſuo nos ſanguine erat redēpturus/
ante quinq; dies paſche
(id eſt hodierna die) magno precedētium
ſequētiumq; populorum
gaudio ac laudatione deductus
venit in tēplum dei: ⁊ erat
quotidie docens in eo. ℟. Concluſit
8 vias meas inimicus: inſidiator
factus eſt mihi ſicut leo in abſconditis:
repleuit et inebriauit me amaritudine:
deduxerunt in lacum mortis vitam
meā/ et poſuerunt lapides cōtra
me. Vide domine iniquitates illoruȝ/
et iudica cauſam anime mee/ defenſor
vite mee. Verſus. Factus ſum in
deriſum omni populo meo/ canticum
eorum tota die. Vide. Lectio nona.

Quinta demuȝ peracta die
vbi veteris paſche ſacramenta
hactenus obſeruata conſūmauit:
ac noua deinceps obſeruanda
diſcipulis ſacramēta
tradidit: egreſſus eſt in montē
oliueti. Et tētus a iudeis ⁊ mane
cruciſixus/ ipſa nos die a demoniaca
dominatione redemit:
qua antiquus ille hebreorū populus
per immolationem agni
iugum egyptiace ſeruitutis abiecit.
Ergo dominus ad inſtar
agni paſchalis ante quinq; dies
ꝗ pati inciperet/ locum paſſionis
adire voluit. ℟. Cum audiſſet 9
turba quia venit ieſus hieroſolymam:
Cum ramis palmarum proceſſerunt
ei obuiam. ℣. Et cum appropinquaſſet
ad aſcenſum montis
oliueti: omnes turbe gaudentes et
deū voce magna collaudātes. Cū ra.
Repetatur ℟. Cum audiſſet. ℣.
Intēde anime mee. In laudib⁹ a. 1
Dominus deus auxiliator meus et
ideo non ſum confuſus. ps. Miſerere
mei. aña. Circundantes circundederunt 2
me: et in nomine domini
vindicabor in eis. ps. Confitemini 3
domino. aña. Iudica cauſaȝ
meam: defende quia potens es domine.
ps. Deus deus meus. aña. 4
Confundantur qui me perſequuntur
et non confundar ego/ domine deus
meus. ps. Benedicite. aña. Cum 5
angelis ⁊ pueris fideles inueniamur
triumphatori mortis clamantes oſanna
in excelſis. ps. Laudate dominum
de celis. cp̄m. Hoc fratres
ſentite. hy°. Luſtra ſex. ℣. Eripe
me. aña. Turba multa que conuenerat
ad diē feſtum clamabat domino:
benedictus qui venit in nomine domini/
oſanna in excelſis. ps. Bene-

dictus. oratio. Omnipotēs ſempiterne deus. Ad primā. añ. Oſanna filio dauid: benedictꝰ qui venit in nomine domini/ rex iſrael oſanna in excelſis. ps. Deus deus meꝰ reſpice. Ad tertiā. añ. Pueri hebreorū veſtimēta ꝓſternebant in via et clamabant dicentes: oſanna filio dauid/ benedictus qui venit in nomine domini. ps. Legem pone. cp. Hoc fratres. ℟. Fratres mei. chorus proſequat᷑ totū elongauerūt a me: ⁊ noti mei Quaſi alieni receſſerunt a me. Clericus. ℣. Amici mei et proximi mei Quaſi. repetat᷑ ℟. Fratres mei. ℣. Erue a framea. Ad ſextam añ. Pueri hebreorum tollētes ramos oliuarū / obuiauerunt domino clamantes et dicentes: oſanna in excelſis ps. Defecit. Capl'm.

Phil. ij. B HVmiliauit ſemetipſū chriſtus pro nobis obediens vſqꝫ ad mortem: mortē autē crucis. ℟. Attende. Chorus proſequatur totum ℟. Clericꝰ. ℣. Recordare. repete hoc ℟. ſupra ad matutinas. ℣. De ore leonis. Ad nonam. añ. Omnes collaudāt nomen tuum ⁊ dicunt: benedictus qui venit in nomine domini oſanna in excelſis. ps. Mirabilia. Capitulum.

vbi ſ. DEus pater exaltauit chriſtum ſuum: ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſup omne nomen: vt in nomine ieſu omē genu flectatur/ celeſtiū terreſtriū et infernorū. ℟. Saluum me fac Chorus proſequat᷑ totum deus: quoniam intrauerant aque vſqꝫ ad animam meam: non auertas faciem tuam a me. Quoniam tribulor exaudi me deus meus. Clericus. ℣. Intēde anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Quoniam. repetatur ℟. ℣. Ne perdas cum impijs. Ad veſpas añ. Sede a dextris. ps. Dixit dñs. capl'm. Hoc fratres ſentite in vobis. ℟. Cogitauerunt autē principes. ℣. Teſtimonium ergo. repetatur ℟. hyꝰ. Vexilla regis. ℣. Vederūt. añ. Occurrunt turbe cum floribus ⁊ palmis redēptori obuiam: ⁊ victori triūphanti digna dant obſequia: filio dei ore gentes predicant: et in laudes chriſti voces tonant per nubila/ oſanna. ps. Magnificat. oratio. Omnipotens ſempiterne deus.

¶ Feria. ij. inuitato. Adoremus. ps. Venite. hyꝰ. Pāge lingua. Ad noct. añe ⁊ pſalmi ferial'. ℣. Erue a framea. Lectio prima.

Hie. re. iij. A VVlgo dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuam: ⁊ recedēs ab eo duxerit virum alterum: nūquid reuertetur ad eā vltra? Nūquid nō polluta erit et cōtaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me (dicit dominus) et ego ſuſcipiam te. Hec dicit dñs. ℟. 1 Synagoga populorum circundedit me: et non reddidi retribuentibus mihi mala. Conſumetur domine nequitia peccatorum/ et diriges iuſtū. ℣. Judica me dñe ſecundū iuſtitiam meā ſup me. Cōſumetur Lectio. ij.

LEua oculos tuos in directum: ⁊ vide vbi nūc proſtrata ſis. In vijs ſedebas expectans eos: quaſi latro inſidians in ſolitudine. Et polluiſti terram in fornicationibus tuis: et in malitijs tuis. Quãobrẽ prohibite ſunt ſtille pluuiarum: et ſerotinus imber non fuit. Hec dicit. ℟. Opprobriũ factus ſum nimis inimicis meis: viderũt me et mouerũt capita ſua. Adiuua me domine deus meus. ℣. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa: et ſermonibus odij circũdederũt me. Adiuua. ℓ. iij.

Frons mulieris meretricis facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltẽ amodo voca me / pater meus dux virginitatis mee tu es. Nũquid iraſceris in ꝑpetuum / aut ꝑſeuerabis in finem? Ecce locuta es / et feciſti mala / et potuiſti. Hec
3 dicit. ℟. Viri impij dixerunt: opprimamus virum iuſtũ iniuſte / et deglutiamus eum tanq̃ inferi viuum: auferamus memoriam eius de terra: et de ſpolijs eius ſortem mittamus inter nos: ipſi enim homicide theſaurizauerunt ſibi malum / inſipientes et maligni oderunt ſapientiam. Et rei facti ſunt in cogitationibus ſuis. ℣. Hec cogitauerunt et errauerunt / excecauit illos malitia eorum. Et rei facti. ℣. Intende anime mee. In laud. añ.
1 Faciem meam non auerti ab increpantibus et conſpuẽtibus in me. pſ.
2 Miſerere. añ. Framea ſuſcitare aduerſus eos qui diſpergunt gregem
3 meum. pſ. Verba mea. añ. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis quos appreciat⁹ ſum ab eis.
4 pſ. Deus deus meus. añ. Inundauerunt aque ſuper caput meum: dixi: perij / inuocabo nomen tuum domi-
5 ne deus. pſ. Confitebor. aña. Labia inſurgentium et cogitationes eorum vide domine. pſ. Laudate.

capitulũ. Domine demonſtraſti. hymn⁹. Luſtra ſex. ℣. Eripe me de inimicis. añ. Non haberes poteſtatem in me niſi deſuper tibi datum fuiſſet. pſ. Benedict⁹. Orõ.

Da queſumus omnipotẽs deus: vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpirem⁹. Qui tecũ viuit. Ad primam añ. Ante impiorum. pſ. Deus in nomine. Ad tertiã et ad alias horas dicuntur ã. et cap̃. ſicut in fe. preceden. proxime hebdoma. Hyña et ℣. ſicut in do. palmarum. Et ſic fiat quotidie vſq; ad cenã domini quãdo de fe. agitur. Cetera omnia ſicut in fe. preceden. proxime hebdoma. Ad veſperas aña. Poteſtatem habeo ponendi animam meam: et iterum ſumendi eam. pſ. Magnificat. Oratio.

Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter: et ad bñficia recolẽda q̃b⁹ nos inſtaurare dignat⁹ es: tribue venire gaudẽtes. P.

¶ Feria tertia. ℣. De ore leonis. ℟. Et a cornibus. Lectio prima.

Et dixit dñs ad me: in diebus ioſie regis. Nũqd vidiſti q̃ fecerit aduerſatrix iſrael? Abijt ſibimet ſuꝑ omnẽ mõtem excelſum: et ſub omni ligno frondoſo: et fornicata eſt ibi. Et dixi cũ feciſſet hec oĩa: ad me reuertere / et nõ eſt reuerſa. Hec
dicit. ℟. Saluũ me fac. require in 1
do. palmarũ ad horã nonã. ℓ. ij.

Et vidit ꝑuaricatrix ſoror ei⁹ iuda: qꝛ ꝓ eo ꝙ mechata eſſet aduerſatrix iſrael

dimiſiſſem eam et dediſſem ei
libellum repudij. Et nõ timuit
preuaricatrix iuda ſoror eius:
ſed abijt et fornicata eſt etiam
ipſa. Et facilitate fornicatiõis
ſue cõtaminauit terram: ⁊ me=
chata eſt cum lapide et ligno.
2 Hec dicit. ℟. Deus iſrael ꝓpter
te ſuſtinui impꝓperium: operuit re;
uerentia faciem meam: extraneus fa
ctus ſum fratribus meis / et hoſpes
filijs matris mee. Quoniam zelus do
mus tue comedit me. ℣. Improperia
improperantium tibi ceciderunt ſup
me. Quoniam. Lectio tertia.

ET in oĩbus his nõ eſt rẽ
uerſa ad me ꝑuaricatrix
ſoror eiꝰ iuda in toto corde ſuo/
ſed in mendacio: ait dominus.
Et dixit dominus ad me. Iuſti
ficauit animã ſuam auerſatrix
iſrael cõparatione preuarica=
tricis iuda. Hec dicit dominꝰ.
3 ℟. Dixerunt impij apud ſe non re;
cte cogitantes: circũueniamus iuſtũ
quoniam contrarius eſt operibus no
ſtris. Promittit ſe ſcientiã dei habe;
re/filium dei ſe nominat / ⁊ gloriatur
patrem ſe habere deum: videamus ſi
ſermones illius veri ſint/et ſi eſt ve;
rus filius dei liberet illum de mani;
bus noſtris: morte turpiſſima cõdẽ;
nemus eum. ℣. Tanq̃ nugaces eſti
mati ſumus ab illo: et abſtinet ſe a vi
is noſtris tanq̃ ab immundicijs/ ⁊ ꝓ
fert nouiſſima iuſtorum. Promittit.
℣. Intende anime mee et libera eã.
1 In laudibus. An. Vide domine
et conſidera/quoniam tribulor velo
citer exaudi me. Ps. Miſerere. a.
2 Diſcerne cauſam meam domine: ab
homine iniquo et doloſo eripe me.
Ps. Judica me. Añ. Dum tribu; 3
larer clamaui ad dominum / de ven;
tre inferi exaudiuit me. Ps. Deus
deus meus. A. Domine vim patior 4
reſponde pro me: quia neſcio quid di
cam inimicis meis. Ps. Ego dixi.
An. Dixerunt impij/opprimamꝰ vi; 5
rum iuſtum quoniam contrarius eſt
operibus noſtris. Ps. Laudate do
mi. Cp. Domine demõſtraſti.
Hyꝰ. Luſtra ſex. ℣ꝰ. Eripe me de
inimicis. Añ. Nemo tollet a me a;
nimam meã: ſed ego pono eam/ ⁊ iterũ
ſumo eam. Ps. Bñdictꝰ. Oratio.

OMnipotens ſempiterne
deꝰ: da nobis ita domini;
ce paſſiõis ſacramenta perage
re/ vt indulgentiam percipere
mereamur. Per eundem. Ad
veſperas. An. Quotidie apud vos
eram in templo docens et non me te
nuiſtis: et ecce flagellatum ducitis
ad crucifigendum. Ps. Magt. Oro.

DA nos deus miſericor;
dia: et ab omni ſurreptio
ne vetuſtatis expurget / et ca;
paces ſancte nouitatis efficiat.
Per dominum. Hac die dicun;
tur vigilie mortuorum cum. ix.
pſis et nouẽ lectionibꝰ ſolẽniter
in conuentu: et cum miſſa ſcra
ſit. niſi aliquod feſtum dupl. im
pedierit: et tunc fiat predic. ſec
uit. aliqua fe. preceden. iſtius
hebdo. videlicet i. do. vel in ſe
cunda feria. ¶ Feria quarta
Pſalis. Ne perdas. Lectio pma.

VAde et clama ſermones
iſtos contra aquilonem:
et dices. Reuertere auerſatrix
iſrael ait dominus: et non auer
tam faciem meam a vobis / qꝛ

ſanctus ego ſum dicit domin⁹:
et nō iraſcar in perpetuū. Hec
1 dicit. ℟ Dominus mecum eſt tan-
q̄ bellator fortis: propterea perſecu
ti ſunt me et intelligere non potue-
runt: domine probans renes ⁊ corda.
Tibi reuelaui cauſam meam. ℣ De⁹
deus meus reſpice in me: quare me
dereliquiſti? Tibi. Lectio ſecūda.
Verūtamē ſcito iniquita-
tem tuam: quia in domi-
nū deū preuaricata es. Et diſ-
perſiſti vias tuas alienis ſub
omni ligno frondoſo: ⁊ vocem
meam nō audiſti dicit domin⁹.
Hec dicit dn̄s. ℟ Noli eſſe. req̄-
6 re in dominica pal. Lectio. iij.
Conuertimini filij reuer-
tentes dicit dominus: q̄
ego vir veſter. Et aſſumā vos:
vnum de ciuitate et duos de co-
gnatiōe: et introducam vos in
ſion. Et dabo vobis paſtores
iuxta cor meum: et paſcent vos
ſcientia et doctrina. Hec dicit.
6 ℟ Contumelias et terrores paſſus
ſum ab eis qui erant pacifici mei: et
cuſtodientes latus meum: dicentes.
Decipiamus eum preualeamus illi:
ſed tu domine mecum es tanq̄ bella
tor fortis: cadant in opprobrium ſem
piternum: ⁊ videam vindictā in eis
quia tibi reuelaui cauſam meam. ℣.
Omnes inimici mei aduerſum me co
gitabant mala mihi: verbum iniquū
mandauerunt aduerſum me dicētes.
Decipiamus. ℣ Intēde anime mee.
In laudibus. An. Libera me de
1 ſanguinibus deus deus meus: et ex-
altabit lingua mea iuſtitiam tuam.
2 ps. Miſerere. An. Contumelias ⁊
terrores paſſus ſum ab eis: et domi-
nus mecū eſt tanq̄ bellator fortis. ps.
Te decet. An. Ipſi vero in vanum 3
queſierunt animam meam: introibūt
in inferiora terre. ps. Deus deus
meus. An. Omnes inimici mei au- 4
dierunt malum meum domine: letati
ſunt quoniam tu feciſti. ps. Exulta
uit. An. Alliga domine in vinculis 5
nationes gentium: et reges eorum in
compedibus. ps. Laudate. Hym.
Domine demonſtraſti. hy⁹. Lu
ſtra. ℣. Eripe me. An. Simon dor-
mis? non potuiſti vna hora vigilare
mecū? ps. Benedictus. Oratio.
Preſta queſum⁹ omnipo-
tens deus: vt qui ex nr̄is
exceſſibus inceſſanter affligi-
mur: per vnigeniti filij tui paſ
ſionem liberemur. Qui tecum.
Si aliquod dupl. feſt. in aliqua
predicta. fe. iſtius hebd. conti-
ge. nihilominus ordo fe. de ℟.
et laud. et aīis ſuper ps. Bene
dictus. et Magſt. ſeruabitur in
ſequentibus fer. et tunc ℟. et
aīe ſuper laud. illius fe. ſcilʒ in
qua feſ. cōtige. in illo anno om
nino nō dicuntur: ℣. tamen an
te lec. per ordi. dicuntur. Hac
die ad has veſpe. et adhuc ad
miſ. in craſti. pulſentur campa
ne vt in do. et tūc poſt pulſatio
nem ad miſ. non pulſentur vſq̄
ad Gloria in excelſis. in vigil.
paſche. Nec abhinc vſq̄ ad cō
pleto. in eadem vigilia lumina
ria vt in dominica accendant.
Omnes aīe ſuper ps. cum ſuis
ps. ad has veſ. in. ij. forma in
cipiantur. Sacerdos vero ad
orationem dicēdam abſq̄ cap-
pa ſerica et abſq̄ ceroferarijs

ad gradum cho. accedat habitu non mutato: cū ſolo puero ſibi librū cum lumine miniſtrāte. cho. tn̄ nō regit. Ad veſp. añ. **Beatus.** ps **Niſi dñs edif.** Cap.

Omnes nos quaſi oues errauimus/ vnuſquiſqꝫ in viā ſuam declinauit: ⁊ dñs poſuit ī eo iniq̄tatem omniū noſtrum: oblatus eſt quia ipſe voluit/ et nō aperuit os ſuū. ℟. **Circundederunt.** et dr̄ in .ij. forma ab vno ſolo clerico/ loco nec habitu mutato. hy⁹. **Vexilla regis.** ℣. **Dederūt in eſcā.** añ. **Tanto tēpore eram vobiſcū erā docēs vos in tēplo/ ⁊ non me tenuiſtis: modo flagellatum ducitis ad crucifigēdū.** ps **Magnificat.** oro.

Reſpice q̄s dñe ſuper hanc familiā tuam/ pro qua dominus noſter ieſus chriſtus nō dubitauit manibus tradi nocentium: ⁊ crucis ſubire tormētū. Qui tecū. Hec oro dr̄ ad omnes horas in his trib⁹ noctib⁹ ſequētib⁹/ niſi ad veſp. in cena do. et ad veſ. in vigil. paſ. Ad has veſpe. nō dñr p̄ces/ nulla fiat proſtratio neqꝫ mēo. p̄ penitētib⁹: nec incenſet altare: nec aliqua fiat memo. ꝓpter ſolēnitatē cene/ niſi aliqđ feſtū dupl. in hac iiij. fer. celebrādū fuerit. Hac die nō dicunt veſ. de ſancta maria in cōuētu: nec cetera q̄ dici ſolēt/ niſi tm̄ ferial. dici vſqꝫ in craſti. octa. paſche. Tn̄ extra cōuen. dicent veſ. et matut. quotidiane de ſancta maria. Si feſtū annunciationis btē marie vel aliud dupl. feſ. forte hac die cōtigerit: ibi ſolē. celebret. De ipſe. tn̄ de fer. ſuprādicto modo dñr: et ſol. mēo. de feſ. Si vero ab hac die vſqꝫ ad oct. paſc. aliquod feſ. dupl. cōtige. differat vſqꝫ poſt oct. paſc. ⁊ vbi cōuentualius poſſit celebrari celebret. Ad cōple. añ. **Miſerere.** incipiat in .ij. forma. ps **Cū inuocarē.** cap. **Tu in nobis.** ℟ **In manus tuas.** et dicit in .ij. forma. hy⁹. **Cultor dei.** ℣. **Cuſtodi nos.** Añ. **O rex glorioſe.** et incipiat in ſuperiori gradu. ps **Nūc dimittis;** deinde dicunt .iij. ℣. in .ij. forma. Sequunt p̄ces ⁊c. oia vt in fe. dieb⁹ more ſolito abſqꝫ proſtra. et ſine pſal. **Miſerere.** Propter ſolē. cene nō dr̄ ps. **Ad te leuaui.** nec ab hinc vſqꝫ ad inceptionē hiſto. **Deus omnium.**

¶ Feria .v. in cena dñi. Ad matut. xxiiij. cādele an altare p̄parent: iuxta numerū .xij. ꝓphetarū et .xij. apłorū: ⁊ āte matut. accedant: quarū ſingule ad inceptio. vniuſcuiuſqꝫ añe ⁊ ℟. extinguant: qꝫ totidē ſunt cādele quot añe et ℟. in hiſto. ⁊ ſignificāt crudelitatē iudeorū ī ꝓphetis ⁊ apłis. Similiter fiat in .vj. fer. et in ſabba. Ad has matut. ⁊ etiā deinceps vſqꝫ in diē paſche nō dr̄ **Dñe labia.** nec **Deus ī adiutorium.** nec inuita. ſed in ſuperiori gradu incipiat añ. ſine genuflexione hac die ꝓpter ſolēnitatē cene. Oēs ℣. āe vſqꝫ ad laudes in ſuperiori gradu incipiant q̄ pſalmis dimiſſis dñr. ſingula ℣. a ſingulis pueris loco nec habitu mutato dñr. lect. ⁊ ℟. cum ſuis ℣. iuxta ordinē clericoꝝ de tu de. dicẽ⁹ dñe **Gloria.** alio tãceſ vſq ad vigi. paſche: niſi cũ poſt. vij. pſos pniales in die cene: & poſt officiũ miſſe ipſo die q̃ eps celebrauerit. In. j. noct. An. **Zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt ſup me.** ps. **Saluũ me fac.** ij. An. **Auertant retrorſum ꝛ erubeſcãt q̃ cogitãt mihi mala.** ps. **Deus in adiutoriũ.** An. **Deus me⁹ eripe me de manu peccãtis.** p. **In te dñe ſperaui.** iij. ℣. ſine neuma. ℣. **Exurge dñe.** Reſpõſiões ſb. priuatim dicunt. ℟. **Et iudica cauſam meam.** ſequatur **Pater nr.** abſq; pnunciatione **Et ne nos.** nec clerici accipiãt bndictioné ante lec. in his trib⁹ noctib⁹. Tres pme lectio. de lamẽtationib⁹ hieremie ſtãt q̃ a trib⁹ pueris ſingulis p ſe cãtãdo legant hoc mõ. lcõ. j.

Quomodo ſedet ſo- (Aleph. **la ciuitas plena populo: Facta eſt quaſi vidua dña gentiũ: princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo.** Beth. **Plorans plorauit i nocte: & lachrymę ei⁹ in maxillis ei⁹. Nõ eſt qui cõſoletur eã: ex oĩbus charis eius. Oẽs amici eius ſpreuerũt eã: et facti ſunt ei inimici. Hieruſalem hieruſalẽ: conuertere ad dñm deum tuum.** Et cum hec clauſula terminetur omnes lectiones de lamẽtationibus. ℟.

1 **In monte oliueti oraui ad patrem: pater ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte: ſpiritus quidẽ prõptus eſt: caro autẽ infirma. Fiat volũtas tua.** ℣. **Uerũtamẽ nõ ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis. Fiat volũtas.** Lec. ij. Gimel.

Migrauit iuda ꝑpter afflictionẽ & multitudinẽ ſeruitutis. Habitauit inter gẽtes: nec inuenit requiem. Omnes perſecutores eius apprehẽderũt eam: inter anguſtias. Deleth. **Uie ſion lugent: eo q̄ non ſint qui veniant ad ſolẽnitatẽ. Omnes porte eius deſtructe: ſacerdotes eius gemẽtes. Uirgines eius ſqualide: et ipſa oppreſſa amaritudine.** He. **Facti ſunt hoſtes eius i capite: inimici eius locupletati ſunt: quia dñs locutus eſt ſup eam propter multitudinẽ iniquitatũ eius. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem: ante faciem tribulantis. Hieruſalem.** ℟. **Triſtis eſt anima** 2 **mea vſq; ad mortem: ſuſtinete hic et vigilate mecum / nunc videbitis turbam que circundabit me. Uos fugã capietis et ego vadam immolari pro vobis.** ℣. **Ecce appropinquabit hora et filius hominis tradet in manus peccatorũ. Uos fugã** Lec. iij. Uau.

Et egreſſus eſt a filia ſyon omnis decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua. Et abierunt abſq; fortitudine: ante faciem ſubſequentis. Zai. **Recordata eſt hieruſalem dierum afflictionis ſue: et preuaricationis omnium deſiderabilium ſuorum que habuerat a diebus antiquis / cum caderet populus eius in manu hoſtili: et non eſſet auxiliator. Uiderunt eam hoſtes: et deriſerunt ſabbata eius.** Heth. **Peccatum peccauit hieruſalem:**

propterea inſtabilis facta eſt.
Omnes qui glorificabant eam
ſpreuerunt illã: quia viderunt
ignominiam eius. Ipſa autem
gemens, conuerſa eſt retrorſũ.
3 Hieruſalem. ℟. Ecce vidimus eũ
non habentem ſpeciem, neqꝫ decorẽ:
aſpectus eiꝰ in eo nõ eſt. Hic peccata
noſtra portauit et pro nobis dolens:
ipſe autẽ vulneratus eſt propter ini-
quitates noſtras. Cuius liuore ſanati
ſumus. ℣. Vere languores noſtros
ipſe tulit: et infirmitates noſtras ip-
ſe portauit. Cuius. repetatur ℟.
In ſecũdo nocturno añ. Libera-
uit dominus pauperẽ a potẽte: ⁊ ino-
pem cui nõ erat adiutor. Ps. Deus
iudicium. Añ. Cogitauerũt impii
et locuti ſunt nequitiã: iniquitatem
in excelſo locuti ſunt. Ps. Quã bo-
nus. Añ. Exurge dñe ⁊ iudica cau-
ſam meam. Ps. Ut quid deus. ℣.
Deus meus eripe me. ℟. De manu
peccatoris. Tres medie lectiões
ſumant de expoſitione pſalmi: ⁊ le-
gant ſine Iube dñe. ⁊ ſine pro-
nunciatiõe Et ne nos. incipiant.
Exaudi deus oratio- L. iiij.
nem meã cum tribulor: a
timore inimici eripe animam
meam. Nouerit ſanctitas vr̃a
dilectiſſimi, caput veſtrum eſſe
dominũ ieſum chriſtũ: omneſ-
qꝫ illi coherentes mẽbra eſſe il-
lius capitis. Eiuſqꝫ vocem iam
habetis notiſſimã: quoniam nõ
ex ſolo capite, ſed etiã ex corpo
re loquitur. Nõ dicitur Tu au
tem. ſed ex verbis lectiõis finẽ
4 faciant lectores. ℟. Unus ex di-
ſcipulis meis tradet me hodie: ve il-
li per quẽ tradar ego. Meliꝰ illi erat
ſi natus non fuiſſet. ℣. Qui intingit
mecum manum in paropſide: hic me
traditurus eſt in manus peccatorum.
Melius illi erat. Lectio quinta.
Dicamus ergo ⁊ nos: ex-
audi deus orationẽ meã
cum tribulor: a timore inimici
eripe animam meã. Seuierũt
inimici in martyres: quid ora-
bat iſta vox corporis chriſti?
Hoc orabat vt eruerent ab ini-
micis: non vt eos non poſſent
occidere inimici. ℟. Iudas mer- 5
cator peſſimus oſculo petijt dominũ:
ille vt agnus innocens non negauit
iude oſculum. Denariorum numero
chriſtum iudeis tradidit. ℣. Auari-
tie inebriatꝰ veneno dum ſitit lucrũ:
peruenit ad laqueũ. Denarioꝝ. L. vj.
Ergo exauditi non ſunt qui
occiſi ſunt: ⁊ deſeruit deꝰ
contritos corde ſeruos ſuos: et
ſperãtes in ſe deſperit? Abſit.
Exaudiebantur ergo ⁊ occide-
bantur: ⁊ tamen ab inimicis e-
ruebantur. Ergo hec erat vox
martyrum. A timore inimici
eripe animam meã, non vt me
non occidat inimicus: ſed vt nõ
timeam occidẽtem inimicum.
Erue a timore inimici: ⁊ ſubde
timori domini. Nõ timeam eũ
qui habet poteſtatem occidẽdi
corpus: ſed timeam eum qui ha
bet poteſtatẽ corpus ⁊ animã
mittere in gehennã ignis. ℟. 6
Una hora non potuiſtis vigilare me-
cum qui exhortabamini mori pro me?
Uel iudam non videtis quomodo nõ
dormit: ſed feſtinat tradere me iu-
deis? V̄ſus. Dormite iam et requie-
ſcite: ecce appropinquabit qui me tra

diturus eſt. Uel iudā. In tertio nocturno aña. Uiri iniquis nolite loqui aduerſus deum iniquitatem. Ps. Confitebimur. Añ. Terra tremuit et quieuit dum reſurgeret in iudicio deus. Ps. Notus in iudea. Aña. In die tribulationis mee deum exquiſiui manibus meis. Ps. Uoce mea. ℣. Homo pacis mee. ℟. Ampliauit aduerſum me ſupplantationē.

Tres vltime lectiones de epiſtola pauli ſupradicto modo legantur ⁊ finiantur. Lectio. vij.

Fratres: conuenientibus vobis in vnum / iam non eſt dominicā cenam manducare. Uniuſquiſq; enim ſuā cenā preſumit ad manducandū. Et alius quidem eſurit: alius autē ebrius eſt. Nunquid domos nō habetis ad manducandum ⁊ bibendum: aut eccleſiam dei contēnitis / et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo.

7 ℟. Seniores populi conſilium fecerunt vt ieſum dolo tenerent et occiderent. Cum gladijs et fuſtibus exierunt tanq̄ ad latronem. ℣. Cogitauerunt iniquitatem ſibi et egrediebantur foras. Cum gla. Lc. viij.

Ego enim accepi a domino: quod ⁊ tradidi vobis. Quia dominus ieſus ī qua nocte tradebatur accepit panē: ⁊ gratias agēs fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ mādūcate ex eo. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter ⁊ calicem: poſtq̄ cenauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcumq; enim manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: mortem dn̄i annunciabitis donec veniat.

℟. O iuda qui dereliquiſti conſilium pacis et cum iudeis conſiliatus es: triginta argenteis vendidiſti ſanguinem iuſtum. Et pacis oſculum ferebas quod in pectore nō habebas. ℣. Os tuum abundauit malitia: et lingua tua concinnabat dolos. Et pacis. Lectio. ix. 8

Itaq; quicunq; manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat / et de calice bibat. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne: iudicium ſibi manducat ⁊ bibit: non diiudicās corpus dn̄i. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiūt multi. Quod ſi nosmet ipſos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo dānemur.

℟. Reuelabunt celi iniquitatem iude: et terra aduerſus eum conſurget: et manifeſtum erit peccatum illius in die furoris domini. Cum eis qui dixerūt domino deo / recede a nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus. ℣. In die perditionis ſaluabitur: et ad diē ꝑditionis ducetur. Cum eis. 9

repetatur ℟. Reuelabunt. Poſt repetitionem. ix. ℟. non dicitur ℣. ante laudes: ſed ſtatim inchoetur Añ. ſuper laud. Similiter fiat duabus noctibus ſequenti-

bus. Omnes añe ſuper pſalmos
in ſecunda forma incipiantur
preter añ. ſuper pſalmum **Be-
nedictus.** que in ſuperiori gra-
du inchoetur. In laudibus añ.
1 **Iuſtificeris domine in ſermonibus
tuis et vincas cum iudicaris.** ps.
Miſerere. añ. **Dominus tanꝙ o-
uis ad victimam ductus eſt et non a-
peruit os ſuum.** ps. **Domine refu-
3 giũ.** añ. **Contritum eſt cor meum in
medio mei: et contremuerunt omnia
oſſa mea.** ps. **Deus deus meus.**
4 añ. **Exhortatus es in virtute tua: et
in refectione ſancta tua.** ps. **Can-
5 temus.** añ. **Oblatus eſt quia ipſe vo-
luit: et peccata noſtra ipſe portauit.**
ps. **Laudate.** Dum iſte ps ca-
nitur/lumen vbi videri neque-
at abſcondatur. Finita. v. añ.
ſuper laudes/omnia luminaria
per eccleſiam extinguantur.
Añа ſuper benedict⁹. ab excel-
ſiore incipiatur. añ. **Traditor
autem dedit eis ſignum dicens: quẽ
oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum.**
ps. **Benedictus.** et omnia que
ſequuntur in tenebris dicuntur.
Finita añа poſt ps. **Benedict⁹.**
duo clerici de ſcđa forma ante
altare ad chorum conuerſi ha-
bitu non mutato dicant tribus
vicibus **Kyrie eleiſon.** Deinde
duo diaconi de. ij. forma habi-
tu non mutato ante introitum
chori ſtantes conuerſi ad alta-
re dicant **Domine miſerere.**
Chorus proſequatur **Chriſt⁹ do-
minus factus eſt obediens vſ-
ꝗ ad mortẽ.** Itẽ clerici ante al-
tare vna voce dicãt **Chriſte el.**
Poſtea duo ſeniores ante gra-

dum cho. ſtãtes habitu nõ mutato cõuerſi ad altare dicãt v. **Qui paſſur⁹ aduenisti ꝓpter nos.** Itẽ clerici an̄ altare **Xpe el.** Item ſeniores dicãt v. **Qui expãſis in cruce manib⁹ traxiſti oĩa ad te ſecla.** Clerici an̄ altare **Xpe el.** Seniores. **Qui prophetice promiſiſti: ero mors tua o mors.** Itẽ diaconi ante introitum chori dicant **Dñe miſerere.** Chorus. **Xp̄s dñs.** ⁊c. Itẽ clerici an̄ altare trib⁹ vicibus dicãt **Kyrie el.** ⁊ hoc ꝓ vltimo. Deinde diaco. ante introitum cho. ſtantes dicãt **Dñe miſerere.** Cho. **Xp̄s dñs** quo finito vnus paruulus cum ſyncera voce dicat hũc v. coram alta. conuerſus ad populũ hoc mõ **Mortẽ aũt crucis.** Tũc proſternant ſe oẽs. et vnuſquiſꝗ per ſe dicat **Pater nr̃.** Deinde bini et bini dicãt **Miſerere.** ſine **Gl'ia.** ſed cũ or. **Reſpice.** q̄ ſimiliter dr̃ priuatim ſine **Dñs vobiſcũ.** an̄ or. et ſine **Orem⁹.** ſed cũ **Qui tecum.** ſine **Dñs vo.** et ſine **Bñdicam⁹ dñ.** et ſurgant oẽs oſculantes formulas. Percutiẽte ſeniore manu ſuper librũ trib⁹ vicibus: lumen proferat. Hac die ad horas nõ proſternant ſe clerici in cho. ꝓpter ſolẽnitatẽ cene niſi poſt mat. Ad. j. et ad alias hor. non dr̃ **Deus in adiutoriũ.** nec hy⁹. ſed ſtatim poſt **Pater noſter.** inchoetur in ſuperiori gra. añ. **Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſꝗ ad mortem mortem autem crucis.** ps. **De⁹ in no. Vbi immaculati. Retribue.** Finitis pſis abſꝗ **Gl'ia.**

[illegible] cantet̃ An̄. qua dicta absq; Kyrie eleison et precibus ⁊ sine ps. Miserere. propter solẽnitatem sene sacerdos dicat Dñs vobiscum. et Oremus. cũ or. Respice. cum nota more dominicalis ita cõsummando hor̃. Qui tecum ⁊c. Dñs vobiscum. et Benedicamus dño. Hic ordo seruetur ad omnes horas diei scʒ ad i. iij. vi. ⁊ ix. nisi ad vesperas. Finita or. ad primã intrẽt ch̃. Letania et tabula more solito legant̃. et post p̃mam lectionẽ de martyrologio dicat sacerdos hunc vsum. Preciosa est in cõspectu domini. cum hac oratiõe tm̃. Sancta maria mater. cũ Dñs vobiscum. ⁊ Bñdicamus domino. ⁊ sic ch̃. quotidie finiat̃ vsq; ad octa. pasc. excepto q in. vi. fer̃. scʒ in die parasceues et in vigil̃. pasche. non itur ad ch̃m. tamẽ tabula quotidie scribat̃. Hac die hore. iij. vi. et. ix. ante missam in choro dicantur cantando supradicto modo. Vespere etiam hac die semel in choro festiue cantentur sine Deus in adiutorium. et sine Gloria patri. et sine regimine cho. Cãtata communione incipiatur p̃ma aña super ps. in superiori gradu ⁊ oẽs alie añe in eodem gradu incipiantur: et etiam super psal. Magnificat. An. Calicem salutaris accipiam et nomẽ domini inuocabo. ps. Credidi. An. Cũ his q oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. ps. Ad dominum cum tribularer. An. Ab hominibus iniquis libera me domine. ps. Eripe me. An. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et a scandalis operantiũ iniquitatẽ. ps. Dñe clamaui. An. Considerabam ad dexteram et videbam: et nõ erat qui cognosceret me. ps. Voce mea. Finitis ps. his ãis statim incipiatur An. Cenantibus autem accepit iesus panem/ benedixit ac fregit / dedit discipulis suis. ps. Magnificat. Qua ita pact̃ dicat sacer. ad ppl̃m cõuersus Dñs vo. et Orem9. Deinde post orationẽ more solito sʒ postcommunio.

Refecti vitalibus alimentis q̃s dñe deus nr̃: vt qđ tẽpore nostre mortalitatis exequimur / immortalitatis tue munere cõsequamur. Per dñm nostrum iesum chr̃m. Cum Dñs vobiscum. Qua finita dicat diaco. Bñdicam9 dño. Si vero episco. celebrauerit: dicat diacon9 Ite missa est. ⁊ sic missa ⁊ vespe. simul finiant̃. Post prãdiũ pact̃ his q ad mãdatũ pertinent / choro intrẽt ⁊ cple. sine nota secretẽ dicãt. In p̃mis inchoet̃ ab executore officii An. Christus fact9. ps. Cum inuocarẽ. ps. In te domine speraui. ps. Ecce nũc. ps. Nũc dimittis. post ps. tota ds An. deinde dicat sacerd. Dominus vo. ⁊ Orem9. or. Respice. cũ Qui tecũ. ⁊ Dñs vo. ⁊ Bñdicam9 ⁊ sic cõpleat̃ totũ seruitiu9 diei. ¶Fer. vi. in die parasceues ad mat. ⁊ in scđo sabba. pasc. idẽ mod9 ⁊ ordo in ãis incipiẽdis ⁊ in lc. legẽdis ⁊ in ps. ⁊ R. cũ suis ps. cãtandis seruetur per oĩa q in p̃ma nocte ⁊

ſia tamē ꝙ incipiente ſeniore primam añ.in.j.noct. omnes proſtrationes faciant. Similiter fiat in inceptione prime añe ſuper laud. et ad vnūquodq; ℟. niſi in ſabba. ante pnūcia. euāgel. tantū. In pmo noctur. añ. Aſtiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum/ et aduerſus chriſtum eius. Ps. Quare fremuerunt. An. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Ps. Deus deus meus reſpi. An. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui ⁊ mētita eſt iniquitas ſibi. Ps. Dominus illuminatio. ℣. Diuiſerunt ſibi. ℟. Veſtimenta mea. Pater noſter. Non dicitur Et ne nos. Tres prime lec. de lamentationibus hieremie cantādo ſupradicto modo legantur. Lectio prima. Joth.

Threno.j.

Manum ſuam miſit hoſtis ad oīa deſiderabilia eius: quia vidit gētes ingreſſas ſanctuarium tuum de quibus preceperas ne intrarēt eccleſiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens ⁊ querens panē: dederunt precioſa queq; pro cibo ad refocillandam animam. Vide domine et conſidera quoniā factus ſum vilis. Lameth. O vos omnes qui tranſitis per viam: attendite et videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me (vt locutus eſt) dominus in die furoris ſui. Hieruſalem hieruſalem. ℟. Omnes amici mei dereliquerunt 1 me et preualuerunt inſidiantes mihi/ tradidit me quem diligebam ⁊ terribilib⁹ oculis plaga crudeli percutiēs. Aceto potabant me. ℣. Et dederunt in eſcā meā fel: et in ſiti mea. Aceto. Lectio ſecunda. Mem.

De excelſo miſit ignem in oſſibus meis: et erudiuit me. Expādit rete pedibus meis: cōuertit me retrorſum. Poſuit me deſolatam: tota die merore confectam. Nun. Vigilauit iugum iniquitatum mearū: manus eius conuolute ſunt et impoſite collo meo. Infirmata eſt virtus mea: dedit me dominus in manu de qua non potero ſurgere. Sameth. Abſtulit omnes magnificos meos dominus de medio mei. Vocauit aduerſum me tempus: vt contereret omnes electos meos. Torcular calcauit dominus virgini filie iuda. Hieruſalem. ℟. Tradiderunt me in manus impiorū: 2 ⁊ inter iniquos proiecerunt me: ⁊ nō pepercerunt anime mee/ congregati ſunt aduerſum me fortes. Et ſicut gygantes ſteterunt contra me. ℣. Aſtiterunt reges terre: et principes conuenerunt in vnum. Et. Lc.iij. Am.

Idcirco ego plorans ⁊ oculus meus deducens aquā: quia longe factus eſt a me conſolator cōuertens animā meā. Facti ſunt filij mei pditi: quoniam inualuit inimicus. Vhe. Expandit ſion manus ſuas: nō eſt qui conſoletur eam. Mādauit dominus aduerſū iacob in circuitu ei⁹ hoſtes: facta eſt hieruſalem quaſi polluta mēſtruis 3 inter eos. Hieruſalem. ℟. Calgauerunt oculi mei a fletu meo quia elongatus eſt a me qui conſolabatur me: videte omnes populi Si eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. ℣. O vos omnes qui tranſitis per viam: attendite et videte. Si. In .ij. nocturno. Aña. Vim faciebant qui querebant aīam meam. Ps. Dñe ne in furore. ij. Aña. Confundantur et reuereantur q̄ querunt animam meam: vt auferant eam. Ps. Expectans. Aña. Alieni inſurrexerūt in me et fortes queſierūt animam meam. Ps. Deus in nomine. ℣. Ab inſurgentibus in me. ℟. Libera me dñe. Pater noſter. Non dicit Et ne nos. Tres medie lectiones de expoſitione ps. ſupra dicto modo legantur. Lec. iiij.

Exacuerunt tanq̄ gladiū linguas ſuas: intenderūt arcum rem amaram. Judei em̄ ꝓpterea ieſum dederunt iudici pilato: vt ipſi a morte eius viderētur eſſe quaſi immunes. Nā cū dixiſſet eis pilatus / vos eū occidite: reſponderunt. Nobis non licet interficere quemq̄. Iniquitatē facinoris ſui in iudicem hominem refundere voluerunt. Sed nunquid deum iudicem fallebant? Non plane. ℟. Vinea mea electa ego te plantaui. 4 Quomodo conuerſa es in amaritudinē vt me crucifigeres: et barabbam dimitteres? ℣. Ego quidem te plantaui vinea mea electa: omne ſemen verum. Quomodo. Lectio. v.

Quod fecit pilatus / in eo ipſo quod fecit aliquantulum particeps fuit: ſed in cōparatione iudeorū multo ipſe innocentior. Inſtitit enim pilatus q̄tum potuit: vt illū ex eorum manibus liberaret. Nam propterea flagellatum eū perduxit ad eos. Non perſequēdo ieſum flagellauit: ſed illorū furori ſatiſfacere volens. Vt vel ſic iam miteſcerent et deſinerēt eum velle occidere: cum flagellatum viderēt. Sed illi exacuerunt vt gladium linguas ſuas: clamantes crucifige crucifige. ℟. 5 Tanq̄ ad latronem exiſtis cum gladijs comprehendere me. quotidie apud vos eram docens in templo et non me tenuiſtis: et ecce flagellatum ducitis Ad crucifigendum. ℣. Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptū eſt de illo: ve autem homini illi per quem tradetur. Ad. Lectio ſexta.

Non eſt pretermittendum q̄ quidam euāgeliſta dicit hora ſexta crucifixum dominum: et quidā hora tertia. Etenim incipiente hora ſexta dicitur pilatus ſediſſe pro tribunali: et reuera quando leuatus eſt dominus in lignum / hora ſexta erat. Sed alius euangeliſta intuens animum iudeorum / quia volebant ſe videri immunes a morte domini: narrando eos oſtendit reos dicens dominū hora tertia crucifixum. Cōſiderātes autem ordinem lectionis / quanta agi potuerunt cū apud pilatum dominus accuſaretur vt crucifigeretur: inuenimus horam tertiam eſſe potuiſſe quādo illi clamauerunt / crucifige crucifige. ℟. Jeſum tradidit impius 6 ſummis principibus ſacerdotū et ſenioribus populi. Petrus autem ſequebatur a longe: vt videret finē.

R. Et ingreſſus eſt petr⁹ in atriū principis ſacerdotū. Ve. In. iij. noc. A. Ab inſurgētibus in me libera me domine: quia occupauerūt animā meā. P. Eripe me. j. A. Longe feciſti notos meos a me: traditus ſum et non egrediebar. Ps. Domine de⁹ ſalutis. An. Captabunt in animam iuſti: et ſanguinem innocentem condēnabunt. Ps. Deus vltio. V. Locuti ſunt aduerſū me. R. Lingua doloſa. Tres vltime lc. de epiſtola pauli legant. Lectio ſeptima.

FRatres: feſtinemus igredi in illam requiē: vt ne in id ipſum quis incidat incredulitatis exemplū. Viuus eſt enim ſermo dei et efficax: ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens vſqꝫ ad diuiſionem anime ⁊ ſpiritus. Compagum quoqꝫ et medullarum: et diſcretor cogitationum et intentionum cordis. Et nō eſt vlla creatura inuiſibilis in cōſpectu dei. Omnia autem nuda et aperta ſunt oculis eius: ad quē
7 nobis ſermo. R. Barabbas latro
dimittitur: et innocens chriſtus occiditur/ nam et iudas armis doct⁹ ſceleris qui per pacē didicit facere bellum: Oſculando tradidit dominū ieſum chriſtum. V. Ecce turba et ꝗ vocabatur iudas venit: ⁊ dū appropinquaret ad ieſum. Oſculādo. L. viij.

HAbentes ergo pōtificem magnū ꝗ penetrauit celos ieſum filium dei: teneamus ſpei noſtre confeſſionem. Non enī habemus pontificem ꝗ non poſſit cōpati infirmitatib⁹ noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſqꝫ peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratie eius: vt miām conſequamur ⁊ gratiā inueniam⁹ in auxilio oppor-
tuno. R. Velum templi ſciſſum eſt 8
et omnis terra tremuit: latro de cruce clamabat dicens. Memēto mei domine dum veneris in regnum tuum. V. Amen dico tibi/ hodie mecū eris in paradiſo. Memento. Lectio. ix.

OMnis nāqꝫ pōtifex ex hominibus aſſumptus/ pro hominibus conſtituitur in his que ſunt ad deum: vt offerat dona et ſacrificia pro peccatis. Qui cōdolere poſſit his ꝗ ignorant et errant: quoniam et ipſe circūdatus eſt infirmitate. Et propterea debet quemadmodū pro populo: ita etiam ⁊ pro ſemet ipſo offerre ſacrificia ꝓ peccatis. Nec quiſꝙ ſumat ſibi honorem: ſed qui vocatur a
deo tanꝙ aaron. R. Tenebre fa- 9
cte ſunt dum crucifixiſſent ieſum iudei: et circa horam nonam clamauit ieſus/ dicens voce magna: deus me⁹ vt quid me dereliquiſti? et inclinato capite emiſit ſpiritum: tunc vnus ex militibus lancea latus eius perforauit et cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. V. Cum ergo accepiſſet acetum/ dixit: conſummatum eſt. Et inclinato capite. In laudibus. aña. Proprio
filio ſuo non pepercit deus: ſed ꝓ no- 1
bis omnibus tradidit illum. Ps. Miſerere. A. Anxiat⁹ eſt in me ſpirit⁹
meus: in me turbatum eſt cor meum. 2
Ps. Dñe exaudi orationem. ij.
An. Ait latro ad latronem/ nos qui- 3
dē digna factis recipimus: hic au-

et q̄d mali fecit: memēto mei dn̄e dū veneris in regnum tuum. ps. **Deus deus meus.** an. 4 **Dum conturbata fuerit anima mea domine miſericordie memor eris.** ps. **Domine audiui.** an. 5 **Memento mei domine dum veneris in regnum tuum.** ps. **Laudate dominum de celis.** An. **Poſuerunt ſup caput eius cauſam ipſius ſcriptam: ieſus nazarenus rex iudeorum.** ps. **Benedictus.** Finita an. ſuper pſal. **Benedictus.** modo precedentis noctis ſeruetur cū his tribus verſib⁹. Verſus. **Agno miti baſia cui lupus dedit venenoſa.** V. **Vita in ligno moritur: infernus et mors lugens ſpoliatur.** V. **Teq; vinciri voluiſti: noſq; a mortis vinculis eripuiſti.** ita tamen q̄ in fine orationis **Reſpice queſumus.** non dicitur **Qui tecum.** hac nocte: nec in ſabba. Hac die conueniant clerici ad eccleſiam: et horas diei ſub ſilentio ſine nota in choro dicant hoc modo. Ad p̄mam incipiat ſacerdos an. et interim vna cum choro fiat genuflexio oſculando formulas. an. **Chriſtus factus eſt.** ps. **Deus in nomine.** ps. **Beati immaculati.** ps. **Retribue.** Finitis pſalmis ſine **Gloria patri.** tota dicit̄ an. Deinde ſequatur **Pater noſter.** et proſtratio cū pſal. **Miſerere.** qui totus dicitur in proſtratione ſine **Gloria patri.** quo finito dicat ſacer. orationem ſine **Dominus vo.** et ſine **Oremus.** ſed ſic inchoet. **Reſpice q̄s.** et ſine **Qui tecum.** et ſine **Dn̄s vobiſcū.** et ſine **Benedicam⁹.** Et hic ſurgant oēs a pſtratione oſculādo formulas. Hic modus ſeruetur ad oēs hor. ſciʒ ad .j. iij. vj. et ix. hac die et in ſab. in vigil. paſche. ita tamen q̄ in inceptione cuiuſlibet hore et ex quo dicit̄ **Pr̄ nr̄.** poſt pſal. vſq; poſt oroēm fiat pſtratio ſup formulas ſurgendo eaſdem oſculando. Similiter fiat ad completo. huius diei. Ad p̄mam non ſeruet̄ ad cp̄. hac die: nec in ſabbā. in vigi. paſc. nec vlla lect. de martyrologio legatur: tn̄ V. **Precioſa eſt.** cū or. **Sc̄ā maria.** et terminatur cū **Dn̄s vo.** et **Benedicamus.** Loco nec habitu mutato dicūt veſ. in hac die non cantando: ſed priuatim dicēdo ante altare hoc mō. A. **Calicem.** ps. **Credidi.** et cetere an̄e cum ſuis pſal. ſicut in die cene: et an. ſup pſ. **Magt.** An. **Cenantibus.** q̄ omnia priuatim dicūt a choro alternatim corā altari. Finita an. poſt pſ. **Magt.** dr̄ **Pr̄ noſter.** cū ps. **Miſerere.** ſine **Gloria.** Quo finito ſtatim dicat ſacer. in audientia ſed ſine nota **Reſpice q̄s.** ſine **Dn̄s vobiſcū.** et ſine **Orem⁹.** et ſine **Qui tecū.** et ſic miſſa et veſpe. ſimul finiant. Nō dr̄ **Benedi cam⁹.** nec **Ite miſſa eſt.** Ad cōple. incipiat ſacer. an. et interim ſimul cum toto choro fiat genuflexio. an̄a. **Chriſtus factus eſt.** ps. **Cum inuocarem.** ps. **In te domine.** ps. **Ecce nunc.** ps. **Nūc dimittis.** Poſt ps. tota dr̄ an. Deinde ſequatur **Pr̄ nr̄.** cū proſtratione: et cū pſal. **Miſerere.** ſine **Gloria patri.** Quo finito dicat ſacer. **Reſpice q̄s.** ſine

Dominus vobiſcū. Et ſine Oremus. Et ſic inchoetur Reſpice queſumus. ſine Qui tecū. Et ſine Dñs vobiſcum. Et ſine Benedicamus dño. Et ſic cōpleat huius diei officium. ¶ Sabbato in vigil. paſche. Ad matut. ſeniore incipiēte añ. oēs ſe proſternāt. In pmo nocturno aña.

In pace in idipſum: dormiam et requieſcam. Ps. Cum inuocarē. Añ. Habitabit in tabernaculo tuo: requieſcet in monte ſancto tuo. Ps. Domine quis hã. Añ. Caro mea requieſcet in ſpe. Ps. Conſerua. ℣. In pace in idipſum. ℞. Dormiam ⁊ requieſcam. Tres prime lectiões de lamentationibus Hieremie ſupradicto modo cantando legantur. Lectio prima. Mem.

Thre noꝝ. ij. Cui comparabo te: vel cui aſſimilabo te filia hieruſalem? Cui exequabo te: ⁊ conſolabor te virgo filia ſion? Magna eſt velut mare contritio tua: quis medebit tui? Nun. Prophete tui viderunt tibi falſa ⁊ ſtulta: nec aperiebãt iniquitatē tuã: vt te ad penitentiam prouocarent. Viderunt autē tibi aſſumptiones vanas: et eiectiones. Hieruſalem. ℞. Sepulto domino ſignatum eſt monumētum voluentes lapidem ad oſtium monumēti. Ponētes milites qui cuſtodirēt illud. ℣. Ne forte veniant diſcipuli eius ⁊ furentur eum: et dicant plebi ſurrexit a mortuis. Ponentes. Lectio ſcda.

Plauſerūt ſup (Samech te manibus oēs tranſeūtes ꝑ viam: ſibilauerunt ⁊ mouerūt capita ſua ſup filiã hieruſalem. Ain. Fecit dñs ꝙ cogitauit: cōpleuit ſermonē ſuum quē ꝓceperat a diebus antiqs. Deſtruxit ⁊ non pepcit: ⁊ letificauit ſup te inimicū / ⁊ exaltauit cornu hoſtiū tuoꝝ. Hieruſalē. ℞. Receſſit paſtor noſter fons aque viue: ad cuius trāſitū ſol obſcuratus eſt / nã ⁊ ille captus eſt qui captiuū tenebat primū hominem. Hodie portas mortis ⁊ ſeras pariter ſaluator noſter dirupit. ℣. Ante cuius conſpectum mors fugit: ad cuius vocē mortui reſurgũt: videntes autē eū porte mortis cōfracte ſunt. Hodie por. Lec. iij.

Clamauit cor eoꝝ (Sade ad dñm: ſuper muros filie ſion. Deduc quaſi torrentē lachrymas: ꝑ diem ⁊ noctē. Non des requiē tibi: neqꝫ taceat pupilla oculi tui. Coph. Cōſurge lauda in nocte: in principio vigiliarū. Effunde ſicut aquã cor tuū: ante cōſpectū dñi. Sin. Iacuerūt in terra foris puer ⁊ ſenex: virgines mee et iuuenes mei ceciderūt in gladio. Interfeciſti eos in die furoris tui: percuſſiſti nec miſertus es. Thau. Vocaſti quaſi ad diē ſolēnē qui cōtererēt me in circuitu: ⁊ non fuit in die furoris dñi ꝙ effugeret ⁊ relinqretur. Hieruſalem. ℞. Agnus dei chriſtus imolatus eſt pro ſalute mūdi: nam de parentis protoplaſti fraude facta condolēs: quãdo pomi noxialis morte morſu corruit: ipſe lignū tunc notauit / dãna ligni vt ſolueret. ℣. Chriſtus factus eſt ꝓ nobis obediēs vſqꝫ ad mortē: mortē autem crucis. Damna. In ſcdo noct. Añ. Eleuamini porte eternales: ⁊ in troibit rex glorie. Ps. Dñi eſt terra. Añ. Credo videre bona domini in terra viuentium. Ps. Dñs illuminatio. Añ. Dñe abſtraxiſti ab inferis animã meam. Ps. Exaltabo. ℣. Tu autem domine. ℟. Miſerere mei. Tres medie lectiões de quodã ſermõe beati pauli legant.

Admonet nos dñs (lc.iiij. dilectiſſimi tanta iſta & tam ſancta ſolẽnitas: excitari nos ad vigilandum & orandum. Dimicat enim fides noſtra in ſeculi huius nocte: ne interiores oculi noſtri in noctem cordis obdormiant. In quod malũ ne incidamus/ oremus illa voce quã legimus: & dicam⁹ domino deo noſtro. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus meus/ preualui aduerſus eũ. 4 ℟. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt: ⁊ dum male tractaretur non aperuit os ſuum/ traditus eſt ad mortem. Ut viuificaret populum ſuum. ℣. Ipſe autem vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras: attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Ut viuificaret. Lectio quinta.

Hic ille inimicus eſt q̇ aduerſus dñm noſtrũ ieſum chriſtũ inſanos iudeos velut ꝓpria vaſa & arma cõmouit: ſed non preualuit aduerſus eum. Viſi ſunt ſibi quidem preualuiſſe carnales inimici: ſ; ſpiritualis in eis ſuperatus eſt hoſtis. Victima enim munde carnis: immundus victus eſt ſpiritus. Et eo ipſo quo inflãmauit homines palam facere quod voluit; occulte paſſus eſt ipſe qđ noluit. Nam chriſtum occidendo ſanguinem fudit quo reuiuiſcerẽt quos occidit: ſed nec illũ poſſidet i mortuis. 5 ℟. Ecce quomodo moritur iuſtus et nemo percipit corde/ viri iuſti tolluntur ⁊ nemo conſiderat/ a facie iniquitatis ablatus eſt iuſtus. Et erit in pace memoria eius. ℣. In pace factus eſt locus eius et habitatio eius in ſion. Et erit i pace. Lectio ſexta.

Humiliter vigilemus: humiliter oremus. Piiſſima fide/ firmiſſima ſpe/ feruentiſſima charitate. Cogitantes qualem nr̃a charitas habitura ſit diẽ: ſi noſtra humilitas noctem vertat in diem. Deus itaq̃ qui dixit de tenebris lumen clareſcere/ clareſcat in cordib⁹ noſtris: vt aliquid intus ſimile faciamus/ quale in domo hac orationis accenſis luminaribus fecimus. Habitaculũ vero dei (noſtram ſcilicet cõſciẽtiã) iuſticie luminaribus exornem⁹. Non autẽ nos: ſed gratia dei nobiſcum. 6 ℟. Hieruſalem luge ⁊ exue te veſtibus iocunditatis: induere cinere ⁊ cilicio. Quia in te occiſus eſt ſaluator iſrael. ℣. Deduc quaſi torrentem lachrymas: per diem ⁊ noctẽ non taceat pupilla oculi tui. Quia in. In tertio noct. Añ. Deus adiuuat me: dñs ſuſceptor eſt aĩe mee. Ps. Deus in noĩe. Añ. In pace fact⁹ eſt locus eius/ ⁊ in ſion habitatio ei⁹. Ps. Notus in iu. Añ. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Ps. Dñe de⁹ ſa. ℣. Collocauit me. ℟. In obſcu. Hic nõ ſtat genuflexio propter proficia. ſuam

gē. et pronūciet ſine titulo hoc
modo incipiendo. Lectio. vij.

VEſpere autē ſabbati que
luceſcit i pꝛima ſabbati:
venit maria magdalene ⁊ alte-
ra maria videre ſepulchꝛū. Et
reliqua. Hic tamē titulus de ho-
melia debet pnūciari moꝛe ſoli-
to: vꝫ Homel'. vene. bede pbr̄i.

Vigilias nobis huiꝰ ſacratiſ-
ſime noctis (ſicut ex lectiōe euā-
gelica fratres chariſſimi audi-
uimus) reſurrectio dn̄i ac ſalua-
toꝛis noſtri dedicauit. Juſte et-
enim hāc pꝛo eius amoꝛe vigi-
lijs celebꝛamus ⁊ hymnis: qui
pꝛo noſtro amoꝛe in ea doꝛmire
in moꝛte / ac de moꝛte voluit ex-
citari. Nā (ſicut apoſtolus ait)
moꝛtuus eſt ꝓpter delicta nr̄a:
et reſurrexit pꝛopter iuſtifica-
7 tionem noſtrā. ℟. Plange quaſi
virgo plebs mea: vlulate paſtoꝛes in
cinere ⁊ cilicio. Quia veniet dies do-
mini magna et amara valde. ℣. Vlu-
late paſtoꝛes / clamate / aſpergite vos
cinere. Quia veniet. Lectio. viij.

QVod autē in euangelica
lectione dictum eſt (quia
ſancte mulieres veſpere ſabba-
ti q̄ luceſcit in pꝛima ſabbati:
venerunt videre ſepulchꝛum)
ita intelligendū eſt. Quia ve-
ſpere quidem venire ceperunt:
ſed luceſcente mane in pꝛima
ſabbati ad ſepulchꝛum ꝑuene-
runt. Id eſt veſpere aromata
quibus coꝛpus dn̄i vngere deſi-
derabant parauerunt: ſed para-
ta veſpere aromata mane ad
ſepulchꝛum detulerunt. Quod
matheus quidē bꝛeuitatis cau-
ſa obſcurius poſuit: ſed euange-
liſte alij quo oꝛdine ſit factū e-
uidētius oſtēdūt. ℟. Eſtimatus 8
ſum cum deſcendentibus in lacum.
Factus ſum ſicut homo ſine adiuto-
rio inter moꝛtuos liber. ℣. Poſuerūt
me in lacu inferioꝛi in tenebroſis ⁊ in
vmbꝛis moꝛtis. Factus. Lectio. ix.

SEpulto nāq; ſexta feria
dn̄o: reuerſe a monumen-
to mulieres parauerūt aroma-
ta q̄diu operari licebat: ⁊ ſab-
bato quidē ſiluerūt ſc̄dm man-
datū / ſicut lucas apte dicit. Cū
autem trāſiſſet ſabbatū / veſpe-
req; aduenientē tēpus operandi
rediſſet: mox pꝛōpte ad deuotio-
nem emerunt q̄ minus paraue-
rant aromata (ſicut marcus cō-
memoꝛat) vt venientes vngerēt
ieſum. Et valde mane vna ſab-
batoꝛum veniūt ad monumen-
tum: oꝛto iam ſole. ℟. O vos om-
nes qui trāſitis per viā: attēdite ⁊ vi- 9
dete Si eſt doloꝛ ſimilis ſicut doloꝛ
meus. ℣. Attēdite vniuerſi populi et
videte. Si eſt doloꝛ. In laudibꝰ. an.
O moꝛs ero moꝛs tua: moꝛſus tuus 1
ero inferne. ps. Miſerere. an. At- 2
tendite vniuerſi populi ⁊ videte dolo-
rem meū. ps. Bonū eſt cōfite. a.
O vos oēs qui tranſitis ꝑ viam / attē- 3
dite et videte ſi eſt doloꝛ ſicut doloꝛ
meus. ps. Deus deus meus. an.
A poꝛta inferi erue domine animam 4
meam. ps. Ego dixi. an. Plangēt
eum quaſi vnigenitum / quia innocēs 5
dominus occiſus eſt. ps. Laudate.
an. Mulieres ſedentes ad monu-
mentum lamentabantur flentes do-
minum. ps. Benedictus. Kyꝛie
eleiſon. Cetera omnia ſicut in

poſtea voce dicē: etiam **Mortē autem crucis**. tamen hic nō dr̄ **Dñs vobiſcum.** poſt orationē. Hac die operitur eccleſia ſolēniter p oia: exceptis imaginibus et crucibus q̄ non diſcooperiant̄ vſq; poſt reſurre. dn̄. in die paſche. na cū chriſto reſurrexerūt oēs ſancti. Hore diei ſcz. i. iij. vj. et ix. priuatim dicunt̄ hac die ſicut in fer. vj. i die paraſceues.

¶ In vigil. paſche dū diacon⁹ canet **Exultet iam angelica.** accēdatur cereus paſc. et ſic ardeat cōtinue vſq; poſt cōpleto. in die paſche. Accendat̄ etiam quotidie p hebd. paſche ad matu. et ad miſ. et ad veſp. Similit̄ fiat in octa. paſc. Ab oct. paſc. vſq; ad aſcēſionē dn̄. ad miſſam de reſurrectione tm̄ accendat̄. In die autē aſcēſiōis dn̄. ſicut in oct. paſc. Accēdat̄ etiā in feſt. ſcti marci euā. et ſcti georgij et ſcti ambroſij cū in tpe paſc. celebrant̄: et in oibus dn̄. dieb⁹ ab oct. paſc. vſq; ad aſcē. dn̄. ad miſ. tm̄: et i die aplōꝝ philippi et iacobi ad miſ. tm̄. In annūciatione btē ma. q̄n poſt octa. paſc. celebrat̄: et etiā in inuētiōe ſācte crucis ſicut in oct. paſc. accēdatur.

¶ Nota q̄ i die veneris in craſtino aſcē. dn̄i dictus cereus mane deponet̄. Officiū huius diei ſic incipiat̄ quatenus poſt horam nonā dicta miſſa dicat̄. Sacerdote ſic dicēte **Pax dn̄i.** et choro reſpōdēte **Et cū ſpiritu tuo.** non dicat̄ **Agnus.** nec pax detur: ſz facto interuallo ad veſp. ſine regimie chori alta voce in ſuperiori gradu incipiat̄ añ. **Alleluia alleluia all'a all'a.** ps. **Laudate dn̄m oēs gen.** ps. **Quoniā cōfirmata.** Finito ps cū **Gloria pri. Sicut erat.** tota dr̄ añ. Deinde inicium ab excellētiore ex pte chori incipiat̄ añ. **Veſpe autē ſabbati q̄ luceſcit in prima ſabbati: venit maria magdalene et altera maria videre ſepulchrū all'a.** ps. **Magnificat.** cū **Gloria pri.** Finito ps tota dr̄ añ. qua dicta ad cōplēdū totū ſeruiciū dicat ſacerdos ad populum conuerſus **Dñs vobiſcum.** et **Oremus.** Poſtcommunio.

Spiritū nobis dn̄e tue charitatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalib⁹ ſaciaſti: tua facias pietate concordes. Per dn̄. in vni. eiuſ. et c. more ſolito. Poſtea dicat ſacer. **Dñs vobiſcum.** Deinde dicat diaco. **Ite miſſa eſt.** tūc cantet **Alleluia.** quamuis dicat̄: et in vigil. pente. eadē forma. Et chor⁹ reſpōdeat **Deo grãs.** et ſic miſſa et veſ. ſimul finiant̄. Cōplet. hac die pulſata vna vice i claſſicū: incipiat ſacerd. hoc mō **Deus i adiutoriū.** cū **Gloria pri.** et c. more ſolito ſine **Conuerte nos.** et incipiat̄ in ſuperiori gradu añ. **All'a all'a all'a all'a.** ps. **Cū inuocarē. In te dn̄e ſperaui. Ecce nūc bn̄dicite. Nūc dimittis.** Dicant̄ hi pdicti ps ſub vna voce ſuauiter exaltādo. Qd̄ etiā obſeruet̄ quoti. ad cōple. vſq; ad oct. paſ. Finitis pſis cū **Gloria pri.** tota dr̄ añ. deīde dr̄ **Dñs vo.** et **Oremus.** or̄o. **Spiritū no. p cū. i vnita. eiuſ.** cū **Dñs vob. Benedicam⁹ dn̄o.** ſimul **all'a** dicat ab executore officij.

Et ſciendum eſt ꝙ hec oratio dicetur quotidie ad completoriuȝ vſqȝ ad octa. paſc. ¶ Gratie in Benedicite. vigil. paſche. Edent pauperes. ⁊c. Gloria. Sicut. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie el. Pater noſter. Et ne nos. Sȝ libera. Orem⁹. Benedic. ⁊c. Iube domine. Ci Si conſur(bo ſpirituali. Lc. rexiſtis cum chriſto / que ſurſuȝ ſunt querite: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Poſt pran. Deus pacis. ⁊c. Memoriam. Gloria patri. Sicut erat. Agimus tibi. Laudate dominū omnes gentes. Quoniam cōfirmata. Gloria patri. Sicut erat. Dominus vobiſcum. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Spiritū nobis. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Dominus vobiſcum. Bñdicam⁹ dño. In die paſche. Benedicite. Hec dies quaȝ fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleiſon. Chriſte el. Kyrie eleiſō. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. Oremus. Benedic domine. Iube domine. Menſe celeſtis. Lectio. Expurgate vetus fermentuȝ vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azymi: etenim paſcha noſtrum immolat⁹ eſt xp̄s: itaqȝ epulemur in dño. Poſt prādiū. Qui dat eſcam omni carni: cōfitemini deo celi. Tu autē domine miſerere noſtri. Deo gratias. Laudate dominum oēs gentes. Quoniam confirmata. Gloria patri. Sicut erat. ℟. In reſurrectione tua chriſte. Celi et terra letentur all'a. Oremus. Spiritum nobis. vt ſ. Dominus vobiſcum. Benedicam⁹ domino. Eodem modo dicuntur per totam hebdomadam. Et hec lec. ſcȝ Expurgate. dicit' in omnib⁹ do. vſqȝ ad aſcē. do. Ad cenā. Cenam ſanctificet qui nobis omnia prebet. In nomine patris. Poſt cenam vero per hāc hebdom. hoc modo dicitur. Hec dies quam fecit. ⁊c. ℣. In reſurrectione tua chriſte. Celi et terra letentur alleluia. Domin⁹ vobiſcū. Oremus. Spiritū nobis. vt ſ. Dominus vobiſcum. Benedicamus domino.

1 A ¶ In die ſancto paſche et per totam hebdomadam totū ſeruitiū
2 A fiat de ſolennitate feſti. ¶ In die paſche et per totam hebdomadam totum ſeruitium fiat de feſto / ⁊ feſtum ſancti richardi differatur vſqȝ ad trāſlationem eius: et feſtum ſancti ambro. differa-
3 A tur vſqȝ ad. 3. feriam poſt octauas paſche. ¶ In die paſche ⁊ per totam hebdomadam totum ſeruitium fiat de ſolennitate feſti: et
4 A nihil de martyribus. ¶ In die paſche et per totam hebdo. totuȝ
5 A ſeruitium fiat de feſto: et nihil de ſancto alphego. ¶ In die paſche et per totam hebdo. totū ſeruitiū fiat de feſto ⁊ nihil de ſancto vitale. Feſtum ſcti georgij differatur vſqȝ ad nonū diē maij. Feſtum vero ſancti marci differatur vſqȝ ad. xj. diem maij.

¶In die paſche et per totam hebdoma.totuȝ ſer.de ſolen.feſti: 1 B
et feſt.annuncia.diffe.vſq; ad.5.fer.poſt octa.paſche. ¶In die 2 B
paſche et per totam hebdo.totum ſer.de ſolen.feſt.⁊ nihil de ſan
cto richardo.⁊ fer.ſ.ambroſij diffe.vſq; ad.3.fe.poſt octa.paſc.
¶In die paſche et per totam hebdo.totum ſeruitiū de ſolē.feſ. 3 B
¶In die paſche et per totam hebdo.totum ſer.de ſolen.feſti: et 4 B
feſtum ſancti georgij diffe.vſq; ad.4.fe.poſt oc.paſc. ¶In die 5 B
paſche et per totam hebdo.totum ſer.de ſolen.feſ.⁊ feſtum ſan=
cti georgij diffe.vſq; ad.9.diem maij.et feſtum ſancti marci dif
fe.vſq; ad.11.diem maij.Tū vbi celebratur tranſ.ſancti nico=
lai:tunc feſ.ſancti georgij diffe.vſq; ad.xj.diem maij:et feſtuȝ
ſancti marci diffe.vſq; ad.xiij.diem maij. ¶In die paſche et p̄ 1 C
totam hebdo.totum ſer.de ſolen.feſ. et nihil de ſancto richardo.
¶In die paſche et per totam hebdo.totum ſer.de ſolen.feſti:et 2 C
feſ.ſancti ambroſij diffe.vſq; ad.3.fer.poſt octa.paſc. ¶In die 3 C
paſche et per totam hebdo.totum ſer.de ſolen.feſ.et nihil de mar
ty.¶In die paſche ⁊ per hebd.totum ſer.de ſolen.feſ.et feſ.ſan 4 C
cti geor.diffe.vſq; ad.xj.diem maij. ¶In die paſche et per totā 5 C
hebd.totū ſer.de ſolen.feſti:et nihil de ſancto vitale.Feſtū ſan=
cti marci diffe.vſq; poſt.vj.diē maij.Feſtū vero apoſto.iacobi ⁊
philippi diffe.vſq; ad.xiij.diem maij. ¶In die paſche ⁊ p̄ heb. 1 D
de ſolen.feſti:et feſtum annuncia.diffe.vſq; ad.iij.fer.poſt oc.
paſche. ¶In die paſc.et per hebd.de ſolen.feſ.et feſtum ſcti am 2 D
bro.diffe.vſq; ad.3.fer.poſt octa.paſche. ¶In die paſche ⁊ per 3 D
totam hebdo.de ſolen.feſti. ¶In die paſche et per totam hebdo. 4 D
de ſolen.feſti:et nihil de marty. ¶In die paſche et per hebdo.de 5 D
ſolen.feſti:et nihil de ſancto alphego:et feſtum ſancti geor.dif=
fe.vſq; ad.29.diem aprilis:⁊ feſtū ſancti marci diffe.vſq; ad.5.
diem maij. ¶In die paſche et per totam hebdo.de ſolen.feſti:⁊ 1 E
feſtum anūcia.differat.vſq; ad.3.fe.poſt octa.paſche. ¶In die 2 E
paſche ⁊c.vt ſupra.⁊ nihil de ſancto richardo:et feſtum ſcti am=
broſij diffe.vſq; ad.3.fe.poſt octa.paſche. ¶In die paſche ⁊ per 3 E
hebdo.de ſolen.feſti. ¶In die paſche et per hebdomadam de ſo= 4 E
len.feſti. ¶In die paſche et per hebdoma.de ſolennitate feſti: 5 E
et feſtum ſancti georgij differatur vſq; ad octauum diem maij.
et feſtum ſancti marci differatur vſq; ad.xiij.diem maij. ¶In 1 F
die paſche et per totam hebdomadam de ſolennitate feſti:et fe=
ſtum annunciationis differatur vſq; ad.ix.diem aprilis. ¶In 2 F
die paſche et per hebdo.de ſolen.feſti:⁊ nihil de ſancto richardo:
et feſtum ſancti ambroſij differatur vſq; ad.3.feriam poſt octa.
paſche. ¶In die paſche et per hebdomadam de ſolennita.feſti. 3 F
F ¶In die paſche et per hebdomadam de ſolēnitate feſti. ¶In 5 F

die paſche ⁊ per hebdo. de ſolēnitate feſti: ⁊ feſtum ſancti georgij differatur vſq; ad. ix. diem maij: ⁊ feſtū ſancti marci differa-
1 G tur vſq; ad. 14. diem maij. ¶ In die paſche ⁊ p hebd. de ſolē. fe-
2 G ſti: et feſt. annūcia. differ. vſq; ad. 6. diē aprilis. ¶ In die paſche
et p hebdo. de ſolen. feſti: ⁊ feſt. ſancti ambroſij differ. vſq; ad. 9.
3 G diē aprilis. ¶ In die paſche ⁊ p hebd. de ſolē. feſti. ¶ In die pa- 4
5 G ſche ⁊ p hebd. de ſolē. feſt. ⁊ nihil de ſcō alphego. ¶ In die paſc.
et p hebdo. de ſolē. feſt. ⁊ feſtū ſcti georgij differat vſq; ad. 9. diē
maij: et feſtum ſancti marci differatur vſq; ad. xj. diem maij: et
nihil de ſancto vitale.

¶ In die paſche ante matutinū. et ante cāpanarū pulſationē cōueniāt oēs clerici ad eccleſiā: ⁊ accēdant luminaria p eccleſiā. Epiſcopus et decanus / vel duo excellētiores preſbyteri i ſuperpelliciis cū ceroferariis ⁊ thuribu. et clero ad ſepulchrū accedant: et icēſato prius ſepulchro cum magna veneratione ⁊ reuerentia (videlicet genuflectēdo) ſtatim poſt thurificationem corpus dñicum priuatum ſuper altare deponāt. Iterū accipiāt crucē de ſepulchro: et incipiat excellētior perſona antiphonā.

Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nō moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Quod enim viuit: viuit deo. Alleluia alleluia. ℣. Dicant nūc iudei quomodo milites cuſtodiētes ſepulchrum perdiderūt regem ad lapidis poſitionē: quare non ſeruabāt petram iuſtitie: aut ſepultum reddant / aut reſurgentē adorent nobiſcum dicentes. Alleluia alleluia. Finita an. cum ſuo ℣. a toto choro: dicat excellētior perſona in ipſa ſtatione conuerſus ad altare hūc ℣. Surrexit dñs de ſepulchro. ℟. Qui p nobis pependit i ligno alleluia. Ora.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti / vt inimici a nobis expelleres poteſtatem: cōcede nobis famulis tuis: vt in reſurrectionis eius gaudiis ſemper viuamus. Per eundē chriſtum. ⁊c. Nec precedat nec ſubſequatur Dominus vobiſcū. Finita oratione omnes cum gaudio genuflectant: et ibidem ipſam crucem adorent: in primis digniores perſone: ⁊ ſic ſecrete ſine proceſſione in chorū redeant. His ita geſtis / a dignioribus perſonis diſcooperiātur cruces ⁊ imagines per totā eccleſiam: et interim pulſentur cāpane ad matutinas more ſolito. Ad matutinas Domine labia. Deus in adiutorium. ℟. Inuitatorium. Alleluia alleluia. Chriſtus hodie ſurrexit. Alleluia alleluia. ps. Venite exultemꝰ. Hac die non dicitur hymnꝰ nec vlla die per hebdomadā: ſed ſtatim poſt vltimam expoſitionem inuitatorio, inchoetur an. in ſuperiori gradu. An. Ego ſum qui ſum et conſilium meum non eſt cum impiis: ſed in lege domini voluntas mea eſt alleluia. ps. Beatus vir. An. Postulaui patrem meum alleluia: dedit mihi gentes alleluia: in hereditatem alleluia. ps. Quare fremuerunt. An. Ego dormiui et somnum cepi et exurrexi / quia dominus suscepit me alleluia alleluia. ps. Dñe qd multi. ℣. Resurrexit dominus. ℟. Sicut dixit vobis alleluia. Ab has die vsq ad festū sancte trinitatis omnes responsiones ℟. cum alla. dicunt̄ de feria. dici: nisi ad .j. cum dicit̄ ℟. Exurge domine. post Jesu christe. et in cap. cum dicitur ℟. Preciosa. et ad completo. cū dicitur ℟. Custodi nos. & post aspersionem aque in domi. cuj dicitur ℣sus. Ostende nobis.

¶ Secundum Marcum.

Cap. ctio. In illo tempore. Maria magdalene & maria iacobi & salome emerunt aromata: vt venientes vngerent iesum. Homelia btī gregorij pape. Lc. j.

Audistis fratres charissimi q sancte mulieres que dominum fuerant secute / cum aromatib9 ad monumentum venerunt: & ei quē viuentem dilexerant / etiā mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliqd in sancta ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est vt audiamus que facta sunt: quatenus cogitemus etiam ea que nobis sunt ex eorum imitatione facienda. ℟. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et super eum sedit et dixit mulieribus / nolite timere: scio enim quia crucifixum queritis. Jam surrexit: venite et videte locum vbi positus erat dominus alleluia. ℣. Angelus dñi locut9 est mulierib9 dicēs: quem queritis? iam iesum queritis? Jam surrexit. Lectio secūda.

Et nos ergo in eum qui mortuus est credentes / si odore virtutum referti cū opinione bonorum operum dominum querimus: ad monumētū profecto illius cum aromatib9 venimus. Ille autem mulieres angelos vident que cum aromatibus venerunt: quia videlicet ille mentes supernos aspiciunt ciues / que cum virtutum odoribus semper ad deum per sancta desideria proficiscuntur. ℟. Angelus domini locutus est mulieribus dicens / quem queritis? an iesum queritis? iam surrexit. Venite et videte alleluia alleluia. ℣. Jesum quem queritis nazarenū crucifixum surrexit: nō est hic. Venite. Lectio. iij.

Notandum vero nobis est quidnam sit q in dextris sedere angelus cernitur. Quid nāq per sinistram nisi vita presens: quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur? Unde scriptum est. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat: recte angelus qui nunciare perennem eius vitam venerat / in dextera sedebat. Qui stola cādida coopertus apparuit: quia festiuitatis nostre gaudia nunciauit. Candor enim vestis: splendorem nostre denunciat solēnitatis. ℟. Dum transisset

ſei ſabbati: maria magdalene et
maria iacobi et ſalome emerunt aro-
mata: Ut venientes vngerent ie-
ſum Alleluia alleluia. ℣. Et valde ma-
ne vna ſabbatorum veniunt ad monu-
mentum: orto iam ſole. Ut. Gloria. Alle-
luia. Nō dr ℟. An. iij. ſingulis die-
bus per hanc hebd. niſi et in oib9
do. vſq ad ſabb. dnt que de do. a-
gitur. ps. Te deum. ℣. In reſur-
rectione tua chriſte. ℟. Celi et terra
letentur alla. In laudibus aña.
1 Angelus autē dñi deſcēdit de celo:
et accedēs reuoluit lapidem et ſede-
bat ſuper eū alla alla. ps. Dñs re-
gnauit. An. Et ecce terremotus fa-
2 ctus eſt magnus: angelus aūt dñi de-
ſcēdit de celo alla. ps. Jubilate. an.
3 Erat autē aſpectus eius ſicut fulgur
veſtimēta ei9 ſicut nix alla alla. ps.
Deus deus me9. An. Pre timore
4 autē eius exterriti ſunt cuſtodes et fa-
cti ſunt velut mortui alla. ps. Bene-
5 dicite. An. Reſpondēs autem ange-
lus dixit mulieribus: nolite timere/
ſcio enim q ieſum queritis alleluia.
ps. Laudate. Nō dicat cap. nec
hy9 per totā hāc heb. ſed ſtatim
poſt ā. duo pueri in ſuperpelli-
ciis dicāt ℣. Surrexit dñs de ſepul-
chro. ℟. Qui pro nobis pepēdit i li-
gno alla. An. Et valde mane vna ſab-
batorū veniūt ad monumētū orto iā
ſole alla. ps. Benedictus. Oro.

Deus q hodierna die per
vnigenitū tuū eternita-
tis nobis aditum deuicta morte
reſeraſti: vota noſtra q preue-
niēdo aſpiras / etiā adiuuando
proſequere. Per eundem. et di-
citur Benedicamus: cum alla.
Oratio q ante ha Benedicam9.
a capit9 clericis ſemper ℣ cum
uno alla: et ſimiliter primū
Benedicamus. quā inuita. eſt tri-
plex vſq ad feſtū ſcē trinitat.
Ad primā Deus in adiutorium.
et ſtatim poſt inchoet ān. et ſi-
militer ad alias horas. ān. An-
gelus. ps. Deus in nomine. ps.
Confitemini. Hic ps tm hac die
dr. ps. Beati immaculati. ps.
Retribue. Poſt repetitionē ān.
ſtatim incipiat gr. Hec dies quā
fecit dñs exultemus et letemur in ea.
qd ſine ℣. et ſine neuma dicatur
quotidie ad oēs horas: vſq ad
ſab. preterq ad matu. Ad veſ. au-
tē dicat cū ℣. dici: et ſine neu-
ma. Finito grad. ſacerd. dicat
℣. Reſurrexit dñs. ℟. Sicut dixit
vobis alla. Sacerdos dicat Dñs
vo. orō. Deus q ho. Dñs vo. Be-
nedicamus. cum alla. ℟. Deo
gratias: cum alla. hec orō dicat
ſingulis dieb9 ad .j. per hebdo.
Hoc mō dicat prima p totā ſe-
ptimanā. Cetere etiā hore diei
eodē mō finiant. Et cap. quoti-
die finiat ſic. ℣. Precioſa eſt in cō-
ſpectu dñi. cū orōne Scā maria.
q finiat cū Dñs vobiſcū. et Be-
nedicamus. loco nec habitu mu-
tato. Ad .iij. Deus i adiutoriū.
ān. Et ecce. ps. Legē pone. gr.
Hec dies. ℣. Surrexit dñs vere. ℟.
Et apparuit ſimoni alleluia. Ad .vj.
ān. Erat autem. ps. Defecit. gr.
Hec dies. ℣. Surrexit dñs de ſepul-
chro. ℟. Qui pro nobis pepēdit in li-
gno alla. Ad .ix. ān. Pre timore. ps.
Mirabilia. gr. Hec dies. ℣. In re-
ſurrectione tua chriſte. ℟. Celi et ter-
ra letentur alleluia. Ad veſperas

nõ dicat᷑ **Deus in adiutoꝛium.** Sed ita incipiant᷑ veſp. a rectoꝛe chori vſq; ad ſabba. **Kyrie el.** iij. **Chriſte el.** iij. **Kyrie el.** iij. An. **Alleluia all'a all'a all'a.** ps. **Dixit dñs. Confiteboꝛ. Beatus vir.** Jidẽ pſalmi dicunt᷑ ad veſ. per hebd. Repetita añ. poſt pſalmos duo clerici de .ij. foꝛma ſtatim incipiant gr. **Hec dies.** ſine neuma. Chorus pſequat᷑. Clerici. ꝟ. **Confitemini dño quoniã bonꝰ quoniã in ſeculũ miſericoꝛdia eius.** Et ſic quotidie dr gr. cũ ꝟ. qui dr ad miſſã vſq; ad ſab. In pᷓmis quatuoꝛ diebꝰ dicat᷑ in .ij. foꝛma: ceteris vero diebꝰ in .j. foꝛma. Poſtea duo ſenioꝛes cãtẽt **Alleluia.** cũ ꝟ. **Epulemur.** ad gradũ cho. in ſuperpellicijs. **All'a.** ꝟ. **Epulemur in azimis ſynceritatis et veritatis.** Poſtea repetat᷑ **Alleluia.** ſine neuma. Eodẽ modo dicitur **All'a.** cũ ꝟ. de die per totam hebd. ad veſ. His dictis dz a duobus pueris in ſuperpellicijs ad gradũ cho. hic ꝟ. **Reſurrexit dñs.** Hucuſq; nõ mutat᷑ oꝛdo pdictus ad veſ. p totã heb. Añ. **Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem: erat quippe magnus valde alleluia.** ps. **Magnificat.** Oꝛo.

Concede q̃s omñs deꝰ: vt q̃ reſurrectionis dñice ſolẽnia colimus/ innouatione ſpũs tui a moꝛte anime reſurgamꝰ. Per eũdem. in vnitate eiuſdẽ. Poſt oꝛationẽ duo clerici dicãt **Benedicamus.** cũ all'a. Et tũc procedãt ad fontes cum oleo et chriſmate oꝛdinata proceſſione cum cruce ⁊ cerofe. et thuribu. Deinde oleũ ⁊ chriſma a duobꝰ diaconis de .ij. foꝛma deferat᷑ q̃ induti ſint albis. et a choro cãtet᷑ An. **All'a all'a all'a all'a.** ps. **Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi all'a.** Deinde choꝛus ex pte decani primũ ꝟ. pſal. totũ dicat cũ all'a. Deinde choꝛus ex pte cantoꝛis totũ aliũ ꝟ. ps. cũ alleluia. ⁊ ſic alternatim totũ pſalmũ dicãt: et poſt vnũquẽq; ꝟ. in vtraq; parte repetat᷑ primũ alleluia. Finito ps cũ **Gloꝛia patri.** dicat᷑ tota añ. Deinde tres pueri in ſtatione ante fõtes in ſuperpellicijs ſimul cãtẽt **Alleluia.** ꝟ. **Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi.** Poſt repetitionẽ **Alleluia.** ſine neuma. icẽſatis pꝛius fontibꝰ dicat ſacer. ꝟ. **Surrexit dñs de ſepulchꝛo.** Rꝫ. **Qui p nobis pependit in ligno.** ſine **Dñs vo.** Oꝛo.

Preſta q̃s omñs deꝰ: vt qui reſurrectionis dominice ſolẽnia colimꝰ/ ereptionis nr̃e letitiã ſuſcipe mereamur. Per eundẽ xp̃m. Deinde eũdo ad crucẽ dicat᷑ añ. et ſuus ps. hoc modo **Alleluia.** ps. **In exitu iſrael de egypto: domꝰ iacob de populo barbaro alleluia.** et pdicto modo totus ps dicat᷑ cum **Gl'ia pri.** et poſt vnũquẽq; ꝟ. in vtraq; pte repetat᷑ **Alleluia.** Deinde incẽſet ſacerd. crucem. Quo finito dicat ſacerdos ꝟ. **Dicite in nationibus.** Rꝫ. **Quia dñs regnauit a ligno alleluia.** Oꝛemus. **Deus qui pro nobis filium.** que termineť ſic Per eũdẽ chꝛiſtũ. nec pcedat nec ſubſequat᷑ **Dñs vobiſcũ.** In introitu chori dicat᷑ aliquas aña de ſancta maria/ videlicet añ. Alma redemptoris mater q̄ peruia celi porta manes et ſtella maris/ſuccurre cadenti ſurgere q̄ curat populo: tu que genuiſti natura mirante tuū ſanctum genitorem/ virgo prius ac poſteri⁹/gabrielis ab ore ſumens illud aue: peccatorum miſerere. Et terminetur cū alla. Et ſciendum eſt q̄ oīa inuit. oēs añe/ omnia ṽſia/ et introitus/ et offertorio. et cōmunio. ab hac die vſq; ad feſtū ſcē trini. debēt terminari cuz alla. in ſeruitio de die. ṽſus. Sancta dei genitrix virgo ſemper maria. Oratio.

Gratiam tuam queſumus domine mētibus noſtris infunde: vt qui angelo nunciāte chriſti filij tui incarnationē cognouimus / per paſſionem eius et crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundē dominum. Finita oratione duo pueri dicant Benedicamus domino cum alleluia. Ad completoriū Deus in adiutorium. An. Alleluia alla alla. ps. Cum inuocarē. In te domine. Ecce nunc. Nūc dimittis. Repetita an. poſt pſ. ſtatim incipiatur Gr. Hec dies. et percantetur a choro ſine neuma. Deinde dicat ſacerdos. ṽ. In reſurrectione tua chriſte alla. Celi et terra letentur alla. Dominus vobiſcum. Oremus. Spiritum nobis. Per eun. Dñs vobiſc. Benedicam⁹ domino. Cum alla. Hoc eodem mō ſit cōpleto. per totā hebdo. vſq; ad ſab. ¶ Fer. ſcda hebdo. paſche inuitat. Surrexit dñs vere Alleluia. Venite. Super pos heb ſola ā. Reſurrexit dñs alleluia: ſicut dixit vobis alla. ps. Cū inuocarē. Verba mea. Dñe ne in furore. ṽſus. Surrexit dominus vere. ¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Exeuntes duo ex diſcipulis ieſu ibāt in caſtellū quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab hieruſalem nomine emaus. Et ipſi loquebantur adinuicem de omnibus q̄ acciderāt. Et reli. 24 A

Homel. bti gregorij pape. Lc. ij.

Et quotidiana nobis ſolēnitate laborantib⁹ pauca loquēda ſunt: et fortaſſe hec vtilius proderunt. Quia ſepe et alimenta que minus ſufficiunt: audi⁹ ſumuntur. Lectionis ergo euangelice ſenſū ſtatim ſummatim non per ſingula verba diſcutere: ne dilectionē veſtraz valeat ſermo prolixior expoſitionis onerare. R. Maria magdalene et altera maria ibant diluculo ad monumentum: ieſum quem queritis nō eſt hic/ſurrexit ſicut locutus eſt. Precedet vos in galileam: ibi eum videbitis alla alla. ṽ. Cito euntes dicite diſcipulis eius et petro quia ſurrexit dominus. Precedet. Lectio ſcda.

Ecce audiſtis fratres chariſſimi q̄ duobus diſcipulis ambulantibus in via: non q̄dem credentibus ſed tamen de ſe loquentibus dominus apparuit: ſed eis ſpeciem quā cū recognoſcerent non oſtēdit. Hoc ergo egit dominus foris in oculis corporis: qđ apud eos intus agebat in oculis mentis. Ipſi nanq; apud ſemetipſos intus &

amabant ꝛ dubitabant. Eis autē dn̄s foris ꝛ preſens aderat: et q̄s eſſet non oſtendebat. R̷. 2 Congratulamini mihi oēs qui diligitis dn̄m: quia quem querebam apparuit mihi. Et dum flerem ad monumentum vidi dominum meū allā alleluia. V̷. Recedentibus diſcipulis non recedebam: ſed amoris eius igne accenſa ardebā deſiderio. Et. Lc. iij.

2 De ſe ergo loquentibus dominus ſui preſentiam exhibuit: ſed de ſe dubitantib⁹ cognitionis ſue ſpeciem abſcondit. Verba quidem contulit, duritiam intellectus increpauit, ſcripture ſacre myſteria que de ipſo erant aperuit: et tamen qꝛ adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire ſe lōgi⁹ finxit. Fingere nāqꝫ componere dicimus: vnde et compoſitores luti figulos vocamus. R̷. 3 Dum tranſiſſet. Ps. Te deum. V̷. In reſurrectiōe tua chriſte. Iſte V̷. dicitur quotidie ante laud. vſqꝫ ad aſcen. dn̄i quando de temporali agitur. In lau. quotidie per hebdo. ſb hec ſola an̄. Angelus aūt. Ps. Dominus regnauit. et ceteri pſalmi cōſueti dr̄. V̷. Surrexit dn̄s de ſepulchro. Supradictus ordo ps. et an̄. cum inuita. predicto ſeruetur per totam hebdo. An. Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes et eſtis triſtes? allā: reſpondens vnus cui nomen cleophas dixit ei, tu ſolus peregrinus es in hieruſalē et non cognouiſti que facta ſunt in illis his diebus allā: quibus ille dixit, que? et dixerunt, de ieſu nazareno q̄ fuit vir propheta potens in opere et ſermone coram deo et omni populo alleluia. Ps. Benedictus. Oratio.

Benedictus dn̄s die quotidie: proſperū iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter deus ſaluoꝝ faciēdi: ⁊ dn̄i dn̄i exitus mortis.

Verūtamē deꝰ cōfringet capita inimicoꝝ ſuoꝝ: verticē capilli ꝑambulātiū in delictis ſuis.

Dixit dn̄s ex baſan cōuertā: conuertā in profundū maris.

Vt itinguat̄ pes tuꝰ i ſāguie: līgua canū tuoꝝ ex itimicꝭ ab ipſo

Viderūt igreſſꝰ tuos deꝰ: igreſſus dei mei regis mei q̄ ē i ſctō

Preuenerūt principes coniuncti pſallentibus: in medio iuuēcularum tympaniſtriarum.

In eccleſijs benedicite deo: domino de fontibus iſrael.

Ibi beniamin adoleſcētulus: in mentis exceſſu.

Principes iuda duces eoꝝ: principes zabulō ⁊ pn̄cipes neptali.

Māda deus ꝟtuti tue: cōfirma hoc deꝰ qd̄ opatus es i nobis.

A templo tuo in hieruſalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis cōgregatio thaurorum in vaccis populoꝝ: vt excludant eos qui probati ſunt argento.

Diſſipa gētes que bella volūt venient legati ex egypto: ethyopia preueniet manus eius deo.

Regna t̄re cātate deo: pſallite dn̄o.

Pſallite deo qui aſcendit ſuꝑ celum celi: ad orientem.

Ecce dabit voci ſue vocē ꝟtutis: date gl'iam deo ſuꝑ iſrl' magnificētia eiꝰ ⁊ ꝟtꝰ eiꝰ i nubibꝰ

Mirabilis deꝰ in ſctis ſuis: deꝰ iſrl' ipſe dabit ꝟtutē ⁊ fortitudinē plebi ſue/ bn̄dictꝰ deꝰ Gl'ia.

an. In eccl'iis bn̄dicite dn̄o. ℣. Deus vitā meā ānūciaui tibi.

℟. Poſuiſti lachrymas meas

in ꝯſpectu tuo. Ps. lauḋ. V. Fiat mia tua. ¶ In lau. aṅ. Amplius laua me de⁹ ab iniuſticia mea. Ps. Miſerē. aṅ. Te decet hymn⁹ de⁹ in ſyon. Ps. Ipm. aṅ. Labia mea laudabūt te i vita mea de⁹ me⁹. Ps. De⁹ de⁹. 1. Reg. 2. ca.

1. Regū. 2 Exultauit cor meum in domino: et exaltatum eſt cornu meum in deo meo.

Dilatatum eſt os meū ſuper inimicos meos: qꝛ letata ſum in ſalutari tuo.

Non eſt ſanctus vt eſt dominus neqꝫ enī eſt alius extra te: et nō eſt fortis ſicut de⁹ noſter.

Nolite multiplicare loq̄ ſublimia: gloriantes.

Recedāt vetera de ore veſtro: quia deus ſcientiarū dñs eſt: ⁊ ipſi preparantur cogitationes.

Arcus fortium ſuperatus eſt: et infirmi accincti ſunt robore.

Repleti pri⁹ ꝓ panib⁹ ſe locauerūt: ⁊ famelici ſaturati ſunt.

Donec ſterilis peperit plurimos: ⁊ que multos habebat filios infirmata eſt.

Dñs mortificat et viuificat: deducit ad inferos et reducit.

Dominus pauperem facit et ditat: humiliat et ſubleuat.

Suſcitās de puluere egenū: ⁊ de ſtercore erigens pauperem.

Vt ſedeat cum principibus: ⁊ ſolium glorie teneat.

Domini enī ſunt cardines terre: et poſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſctōꝝ ſuoꝝ ſeruabit: ⁊ impij i tenebris ꝯticeſcēt: qꝛ nō i fortitudine ſua roborabit vir.

Dñm formidabūt aduerſarij ei⁹: ⁊ ſup ipſos i celis tonabit.

Dñs iudicabit fines t̄re / ⁊ dabit imperiū regi ſuo: et ſublimabit cornu xpi ſui. Gloria. aṅ. Dñs iudicabit fines t̄re. Ps. Celi celorū laudate deum. Ps. Lauḋ. vt. Cap'm. Vigilate ⁊ orate. R. Dñe ne in ira. vſqꝫ ad. xl. qn̄ de. iiij. fer. agit᷑ ſꝫ ad lauḋ. ſeq̄tur hy⁹.

Nox ⁊ tenebre ⁊ nubila / cōfuſa mūdi et turbida: lux intrat albeſcit polus / chriſtus venit diſcedite.

Caligo terre ſcinditur / percuſſa ſolis ſpiculo: rebuſqꝫ iam color redit / vultu nitentis ſyderis.

Te xpe ſolū nouim⁹ / te mente pura ⁊ ſimplici: flendo canendo q̄ſumus / intēde noſtris ſenſib⁹.

Sūt multa fucis illita / q̄ luce purgent tua: tu lux eoy ſyderis / vultu ſereno illuſtra. Deo patri. V. In matutinis. cā. Vigilate. vt. iter eſtatē hy⁹. Ecce iā. ꝑs. In matutis. aṅ. Salutē ex inimicis nr̄is: ⁊ de manu oim̄ q̄ nos oderūt libera nos dñe. Ps. Benedictus. Preces vt. Oro vt prin. ¶ Fer. v. ad matu. inuit. Adorem⁹ dñz. Qm̄ ipe fecit nos. Ps. Venī. Hora hy. Gloria. Dñe ne in ira. R. Dñe ne i ira. vſqꝫ ad. xl. qn̄ ꝺ. v. fe. agit᷑ ſꝫ ad matu. ſeq. hy⁹.

Nox atra rerū contegit / terre colores oim̄ nos ꝯfitētes poſcimus te iuſte iudex cordiū.

Vt auferas piacula / ſordeſqꝫ mētis abluas: doneſqꝫ xpe gratiam / vt arceantur crimina.

Mens ecce torpet impia / quā culpa mordet noxia: obſcura geſtit tollere / ⁊ te redēptor querere.

Repelle tu caliginē / intrinſecus q̄ maxime: vt in beato gau beat/ ſe collocari lumine. ℟ Fa pat piiſſime. Per eſtatē hyꝰ. Nocte ſurgē. ſup noct. Pſ. lxviij

Saluū me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vſqꝫ ad aīam meā.

Infixus ſum in limo pꝛofundi: et non eſt ſubſtancia.

Ueni in altitudinem maris: et tempeſtas demerſit me.

Laboꝛaui clamans rauce facte ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei dū ſpero in deū meū.

Multiplicati ſūt ſup capillos capitis mei: q̄ oderūt me gratiſ.

Confoꝛtati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: que non rapui tunc exſoluebam.

Deꝰ tu ſcis inſipiētiā meā: ⁊ delicta mea a te nō ſūt abſcōdita.

Non erubeſcant in me q̄ expectant te domine: dn̄e virtutum.

Non confundantur ſuper me: qui querunt te deus iſrael.

Quoniā ꝓpter te ſuſtinui oppꝛobꝛiū: operuit ꝯfuſio faciē meā.

Extraneus factꝰ ſum fratribꝰ meis: et peregrinꝰ filijs mꝛis mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me: ⁊ oppꝛobꝛia exꝓꝛobꝛātiū tibi ceciderūt ſup me.

Et operui in ieiunio aīaꝫ meā: et factū eſt in oppꝛobꝛiū mihi.

Et poſui veſtimentū meū ciliciū: ⁊ factꝰ ſū illis in parabolā.

Aduerſum me loquebātur q̄ ſedebant in poꝛta: ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum.

Ego vero oꝛationē meā ad te dn̄e: tempus beneplaciti deus.

In multitudine mīe tue exaudi me: in veritate ſalutis tue.

Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his q̄ oderūt me et de pꝛofundis aquarum.

Nō me dimergat tēpeſtas aq̄: neqꝫ abſoꝛbeat me pꝛofūdū/ neqꝫ vrgeat ſup me puteus os ſuū.

Exaudi me dn̄e qm̄ benigna ē miā tua: ſm̄ multitudinē miſerationū tuarum reſpice in me.

Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniā tribuloꝛ velociter exaudi me.

Intēde aīe mee et libera eam: ꝓpter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis impꝛoperiū meū ⁊ confuſionē meā: ⁊ reuerētiā meā.

In cōſpectu tuo ſunt oēs q̄ tribulant me: impꝛoperiū expectauit coꝛ meum et miſeriam.

Et ſuſtinui q̄ ſil' cōtriſtaret ⁊ nō fuit: ⁊ q̄ ꝯſolaret ⁊ nō inueni.

Et dederūt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto.

Fiat menſa eoꝛum coꝛam ipſis in laqueum: et in retributiones et in ſcandalum.

Obſcurent oculi eoꝝ ne videāt: ⁊ doꝛſū eoꝝ ſemp incurua.

Effunde ſup eos irā tuā: ⁊ furoꝛ ire tue compꝛehendat eos.

Fiat habitatio eoꝝ deſerta: et in tabernaculis eoꝝ nō ſit q̄ inhitet.

Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt: ⁊ ſuper doloꝛem vulnerum meoꝝ addiderunt.

Appone iniq̄tatē ſup iniq̄tatē eoꝝ: ⁊ nō intrēt in iuſticiā tuā.

Deleantur de libꝛo viuētiū: et cum iuſtis non ſcribantur.

Ego ſum pauper et dolens: ſalus tua deus ſuſcepit me.

Laudabo nomē dei cū cātico: et magnificabo eum in laude.

Et placebit deo ſuꝑ vitulū nouellū: coꝛnua ꝓducētē ⁊ vngulas.

Videant pauꝑes ⁊ letent᷑: q̄rite deū ⁊ viuet aīa vr̄a.

Qm̄ exaudiuit pauperes dñs: et vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illū celi et terra: mare et omnia reptilia in eis.

Qm̄ deus ſaluam faciet ſyon: ⁊ edificabuntur ciuitates iude.

Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam.

Et ſemē ſeruoꝝ eiꝰ poſſidebit eam: et qui diligunt nomē eius habitabūt in ea. ps. lxix.

Deus i adiutoꝛiū meū itēde: dñe ad adiuuādū me feſtina

Confundantur ⁊ reuereātur: qui querunt animam meam.

Auertantur retroꝛſum et erubeſcant: qui volūt mihi mala.

Auertātur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi euge euge.

Exultēt ⁊ letent᷑ i te oēs q̄ q̄rūt te: ⁊ dicāt ſemꝑ magnificetur dñs / q̄ diligūt ſalutare tuū.

Ego vero egenus et pauper ſum: deus adiuua me.

Adiutoꝛ meꝰ ⁊ liberatoꝛ meꝰ es tu: domine ne moꝛeris. Gloria. an. Domine deus i adiutoꝛium meum intende. ps. lxx.

In te domine ſperaui nō cōfundar ineternum: in iuſticia tua libera me ⁊ eripe me.

Inclina ad me aurem tuam: et ſalua me.

Eſto mihi i deū ꝓtectoꝛē ⁊ i locū munitū: vt ſaluū me facias.

Quoniam firmamētum meū: et refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoꝛis: et de manu contra legem agentis et iniqui.

Qm̄ tu es patientia mea dñe: dñe ſpes mea a iuuentute mea.

In te ꝯfirmatꝰ ſū ex vt̄o: de vētre mr̄is mee tu es ꝓtectoꝛ meꝰ.

In te cātatio mea ſemꝑ: tanq̄ ꝓdigium factus ſuꝫ multis / et tu adiutoꝛ foꝛtis.

Repleatur os meum laude vt cantem gloꝛiam tuam: tota die magnitudinem tuam.

Ne ꝓiicias me in tempoꝛe ſenectutis: cum defecerit virtꝰ mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui cuſtodiebant animam meā conſiliū fecerūt in vnum.

Dicentes deus dereliquit eū: perſequimini et compꝛehēdite eum: quia non eſt qui eripiat.

Deus ne elōgeris a me: deus meus in auxiliū meū reſpice.

Confundant᷑ ⁊ deficiāt detrahētes aīe mee: oꝑiant᷑ cōfuſiōe ⁊ pudoꝛe / q̄ querūt mala mihi.

Ego aūt ſemꝑ ſperabo: ⁊ adiiciam ſuper oēm laudem tuam.

Os meū annūciabit iuſticiam tuam: tota die ſalutare tuum.

Qm̄ nō cognoui litteraturam introibo in potentias dñi: dñe memoꝛaboꝛ iuſticie tue ſoliꝰ.

Deus docuiſti me a iuuentute mea: et vſqꝫ nunc pꝛonunciabo mirabilia tua.

Et vſqꝫ in ſenectam ⁊ ſenium: deus ne derelinquas me.

Donec annūciē bꝛachiū tuū: generatiōi omni q̄ vētura eſt.

Potētiam tuā ⁊ iuſticiam tuā deꝰ vſqꝫ i altiſſima q̄ feciſti magnalia: deus quis ſimilis tibi?

Quātas oſtēdiſti mihi tribu

lationes multas ⁊ malas ⁊ cōuerſus viuificaſti me: ⁊ de abyſſis terre iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificētiam tuā: ⁊ ꝯuerſus ꝯſolatus es me.

Nā ⁊ ego ꝯfitebor tibi ī vaſis pſalmi veritatē tuā deus: pſallā tibi ī cythara ſanctus iſrael.

Exultabūt labia mea cū cātauero tibi: ⁊ aīa mea quā redemiſti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur iuſticiā tuā: cum confuſi et reueriti fuerint qui querūt mala mihi. Ps. lxxi.

Deus iudiciū tuū regi da: ⁊ iuſticiā tuā filio regis.

Iudicare populū tuū in iuſticia: et pauperes tuos ī iudicio.

Suſcipiant montes pacē populo: et colles iuſticiam.

Iudicabit pauperes populi ⁊ ſaluos faciet filios pauperū: ⁊ humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cū ſole/ ⁊ ante lunā: in gñationes gñationū.

Deſcēdet ſicut pluuia in vellus: et ſicut ſtillicidia ſtillātia ſuper terram.

Oriet̄ ī dieb⁹ ei⁹ iuſticia ⁊ abūdātia pacis: donec auferat̄ luna.

Et dominabitur a mari vſq; ad mare: et a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident ethyopes: ⁊ īimici ei⁹ terrā lingent.

Reges tharſis ⁊ inſule munera offerēt: reges arabum et ſaba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei.

Qꝛ liberabit paupeꝫ a potēte: et pauperē cui nō erat adiutor.

Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum ſaluas faciet.

Ex vſuris et iniquitate redimet animas eorum: ⁊ honorabile nomen eorum coram illo.

Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabūt de ipſo ſemper/ tota die benedicent ei.

Erit firmamētū ī terra ī ſummis montiū/ ſupertollet̄ ſup libanū fructus eius: et florebūt de ciuitate ſicut fenum terre.

Sit nomē ei⁹ bñdictuꝫ ī ſecula: ante ſolē ꝑmanet nomen eius.

Et bñdicēt̄ ī ipſo oēs trib⁹ terre: oēs gētes magnificabūt eū.

Benedictus dñs deus iſrael: qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictum nomē maieſtatis eius ineternū: ⁊ replebitur maieſtate eius omis terra fiat fiat. Gl̃ia. ℣. Eſto mihi dñe in deum protectorem. Ps. lxxij.

Quam bonus iſrael deus: his qui recto ſunt corde.

Mei aūt pene moti ſūt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.

Quia zelaui ſup iniquos: pacem peccatorum videns.

Qꝛ nō eſt reſpect⁹ morti eoꝝ: et firmamentū in plaga eorū.

In labore hoīm nō ſunt: ⁊ cū hominibus nō flagellabūtur.

Ideo tenuit eos ſupbia: operti ſunt iniq̄tate ⁊ impietate ſua.

Prodiit q̄ſi ex adipe iniquitas eoꝝ: trāſierūt ī affectū cordis.

Cogitauerūt et locuti ſūt neq̄tiā: iniq̄tatē ī excelſo locuti ſūt.

Poſuerunt in celum os ſuū: ⁊ lingua eorū tranſiuit in terra.

Ideo ꝯuertet̄ pp̄ls me⁹ hic: et dies pleni inuenient̄ in eis.

Et dixerūt quomodo ſcit de⁹:

et ſi eſt ſciencia in excelſo.
Ecce ipſi pctõꝛes ⁊ abundantes in ſcło: obtinuerũt diuicias.
Et dixi/ergo ſine cauſa iuſtificaui coꝛ meum: ⁊ laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et caſtigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo ſic: ecce nationẽ filioꝝ tuoꝝ reprobaui.
Exiſtimabam vt cognoſcerẽ: hoc laboꝛ eſt ante me.
Donec intrẽ in ſãctuariũ dei: ⁊ intelligã in nouiſſimis eoꝝ.
Uerũtamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarentur.
Quemodo facti ſunt in deſolationem ſubito defecerũt: perierũt propter iniquitatẽ ſuam.
Uelut ſomniũ ſurgẽtium domine: in ciuitate tua imaginem ipſoꝛum ad nihilum rediges.
Quia inflãmatũ eſt coꝛ meũ: et renes mei cõmutati ſunt: et ego ad nihilũ redactꝰ ſuz ⁊ neſciui.
Ut iumentũ factus ſum apud te: et ego ſemper tecum.
Tenuiſti manũ dexterã meã: et i volũtate tua deduxiſti me/ et cum gloꝛia ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in celo: et a te quid volui ſuper terram.
Defecit caro mea ⁊ coꝛ meũ: deus coꝛdis mei et pars mea deus in eternum.
Quia ecce qui elongant ſe a te peribunt: perdidiſti omnes qui foꝛnicantur abs te.
Mihi autẽ adherere deo bonuz eſt: ponere i dño deo ſpem meã.
Ut annũciẽ oẽs p̄dicationes tuas: i poꝛtis filie ſyõ. ꝑ.lxxiij

Ut quid deus repuliſti i finem: iratus eſt furo tuus ſuper oues paſcue tue.
Memoꝛ eſto congregationis tue: quam poſſediſti ab initio.
Redemiſti ꝟgã hereditatiſ tu mõs ſyon i quo habitaſti i eo.
Leua manus tua in ſupbias eoꝛum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.
Et gloꝛiati ſunt qui oderũt te: in medio ſolennitatis tue.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna: et non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.
Quaſi i ſilua lignoꝝ ſecuribꝰ exciderũt ianuas eius i idipſum: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerunt eã.
Incenderũt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerũt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in coꝛde ſuo cognatio eoꝝ ſimul: q̄eſcere faciamꝰ omnes dies feſtos dei a terra.
Signa nr̃a nõ vidimus/iam non eſt propheta: ⁊ nos non cognoſcet amplius.
Uſquequo deꝰ improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomen tuum in finem.
Ut q̄d auertis manũ tuã ⁊ dexterã tuã: de medio ſinu tuo i finẽ.
Deꝰ autẽ rex nr̃ ante ſcl'a operatus eſt ſalutẽ in medio terre.
Tu cõfirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita dꝛachonum in aquis.
Tu ꝯfregiſti capita dꝛachõis dediſti eũ eſcã pplis ethyopũ.
Tu dirupiſti fontes ⁊ toꝛrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan.
Tuus eſt dies et tua eſt nox tu fabꝛicatꝰ es auroꝛã ⁊ ſolẽ.

Tu feciſti oẽs terminos tre: eſtatem et ver tu plaſmaſti ea.

Memor eſto huius inimicus improperauit domino: ⁊ populus inſipiẽs incitauit nomẽ tuũ.

Ne tradas beſtijs aĩas confitentes tibi: et animas pauperũ tuoꝝ ne obliuiſcaris in finem.

Reſpice in teſtamẽtuz tuũ: qꝛ repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus iniquitatum.

Ne auertat̃ humilis fact⁹ cõfuſus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exurge de⁹ iudica cauſã tuã: memor eſto improperioꝝ tuoꝝ/ eoꝝ q̃ ab inſipiẽte ſũt tota die.

Ne obliuiſcaris voces inimicoꝝ tuorum: ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.

Gloria. An. Liberaſti virgam hereditatis tue. Ps. lxxiiij.

Confitebimur tibi deus cõfitebimur: et inuocabim⁹ nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus/ego iuſticias iudicabo.

Liquefacta eſt terra ⁊ omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Dixi iniquis nolite iniq̃ agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus deum iniquitatem.

Quia neq₃ ab oriente neq₃ ab occidente neq₃ a deſertis montibus: quoniam deus iudex eſt.

Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc/ verũtamen fex eius nõ eſt exinanita: bibent oẽs pctõres terre.

Ego autẽ annunciabo in ſeculum: cantabo deo iacob.

Et oĩa cornua pctõꝝ ꝯfringã: ⁊ exaltabũt cornua iuſti. Ps. 75.

Notus in iudea de⁹: in iſrl̃ magnum nomen eius.

Et fact⁹ eſt in pace locus eius et habitatio eius in ſyon.

Ibi cõfregit potencias: arcũ/ ſcutum/ gladium/ et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a mõtibus eternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde.

Dormierunt ſomnũ ſuum: et nihil inuenerunt omnes viri diuiciarum in manibus ſuis.

Ab increpatione tua de⁹ iacob: dormitauerũt q̃ aſcẽderũt eq̃s.

Tu terribilis es et quis reſiſtet tibi: ex tunc ira tua.

De celo auditum feciſti iudicium: terra tremuit et quieuit.

Cũ exurgeret i iudicio de⁹: vt ſaluos faceret oẽs manſuetos terre.

Qm̃ cogitatio hoĩs cõfitebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diem feſtũ agent tibi.

Vouete ⁊ reddite dño deo veſtro: omnes qui in circuitu ei⁹ affertis munera.

Terribili et ei qui aufert ſpiritũ principũ: terribili apud reges terre. Gloria. An. In iſrl̃ magnum nomen eius. Ps. lxxvi.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deum et intendit mihi.

In die tribulatiõis mee deum exquiſiui manibus meis nocte contra eũ: et nõ ſum deceptus.

Renuit cõſolari aĩa mea: memor fui dei ⁊ delectatꝰ ſũ: ⁊ exercitatꝰ ſuꝫ ⁊ defecit ſpũs meꝰ.

Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbatꝰ ſũ ⁊ nõ ſũ locutꝰ.

Cogitaui dies ãtiquos: ⁊ annos eternos in mente habui.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo: ⁊ exercitabar et ſcopebam ſpiritum meum.

Nunquid ineternuꝫ proiiciet deus: aut non apponet vt complacitior ſit adhuc.

Aut in finẽ miam ſuam abſcidet: a generatiõe in gñationẽ.

Aut obliuiſcetᷣ miſereri deꝰ aut cõtinebit in ira ſua mias ſuas.

Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelſi.

Memor fui operꝫ dñi: qꝛ memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ.

Et meditabor in omnibꝰ operibus tuis: ⁊ in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in ſancto via tua: quis deus magnꝰ ſicut deus noſter: tu es deꝰ qui facis mirabilia.

Notã feciſti in pplis virtutẽ tuam redemiſti in brachio tuo pplꝫ tuũ filios iacob ⁊ ioſeph.

Viderũt te aq̃ deꝰ viderũt te aq̃ ⁊ timuerũt: ⁊ turbate ſũt abyſſi.

Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Etenim ſagitte tue tranſeũt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerũt choruſcatiões tue orbi terre: ꝫmota ẽ ⁊ ꝫtremuit t̃ra

In mari via tua et ſemite tue in aquis multis: ⁊ veſtigia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oues pplꝫ tuũ i manu moyſi ⁊ aarõ. ℞. lxxvij

Attẽdite popule meus legem meam: inclina te aurem veſtrã in verba oris mei.

Aperiã in parabolis os meũ: loquar propoſitiões ab initio.

Quãta audiuimꝰ ⁊ cognouimus ea: ⁊ pr̃es nr̃i narrauerũt nobis

Nõ ſunt occultata a filijs eorum: in generatione altera.

Narrãtes laudẽ dñi ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia eiꝰ que fecit.

Et ſuſcitauit teſtimonium in iacob: ⁊ legem poſuit in iſrael.

Quanta mandauit patribus noſtris: nota facere ea filijs ſuis vt cognoſcat generatio altera.

Filij qui naſcentᷣ et exurgẽt: enarrabunt filijs ſuis.

Vt ponant in deo ſpem ſuam: et non obliuiſcãtur operum dei et mandata eius exquirant.

Ne fiant ſicut patres eorũ: generatio praua et exaſperans.

Gñatio q̃ nõ direxit cor ſuũ: et nõ eſt creditus cũ deo ſpũs eiꝰ.

Filij effrẽ itẽdẽtes et mittentes arcũ: ꝫuerſi ſũt in die belli.

Nõ cuſtodierũt teſtamẽtũ dei: et in lege eiꝰ noluerũt ãbulare.

Et obliti ſunt bñfactorꝫ eiꝰ: et mirabiliũ eius que oſtẽdit eis.

Corã prĩbꝰ eorꝫ fecit mirabilia i t̃ra egypti: i cãpo thaneos

Interrupit mare et perduxit eos: ⁊ ſtatuit aq̃s quaſi i vtre.

Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte i illuminatiõe ignis

Interrupit petrã i heremo: ⁊ adaq̃uit eos velut i abyſſo multa.

Et eduxit aquã de petra: ⁊ eduxit tanq̃ flumina aquas.

Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram cõcitauerunt ex celſum in inaquoſo.

Et tētauerūt deū i coꝛdibꝰ ſuis: vt peterent eſcas aīabus ſuis.

Et male locuti ſunt de deo: dixerunt nunquid poterit deꝰ parare menſam in deſerto.

Qui ꝑcuſſit petrā et fluxerūt aque: et toꝛrētes inundauerūt.

Nunq̄d et panē poterit dare: aut parare mēſam populo ſuo.

Ideo audiuit dominꝰ ⁊ diſtulit: et ignis accenſus eſt in iacob: et ira aſcendit in iſrael.

Qꝛ non crediderūt in deo: nec ſperauerunt in ſalutari eius.

Et mandauit nubibus deſuꝑ: et ianuas celi aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandū: ⁊ panē celi dedit eis.

Panē āgeloꝝ mādūcauit hō: cibaria miſit eis in abūdātiā.

Tranſtulit auſtrum de celo: ⁊ induxit in virtute ſua affricū.

Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes: et ſicut arenā maris volatilia pennata.

Et ceciderūt in medio caſtrorū coꝝ: circa tabernacula coꝝ.

Et manducauerunt ⁊ ſaturati ſunt nimis et deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo.

Adhuc eſce eoꝛum erāt in oꝛe ipſoꝝ: ⁊ ira dei aſcēdit ſuꝑ eos.

Et occidit pingues eoꝛum: et electos iſrael impediuit.

In omnibus his peccauerūt adhuc: et non crediderūt in mirabilibus eius.

Et defecerūt in vanitate dies eoꝝ: ⁊ anni eoꝛū cū feſtinatiōe.

Cum occideret eos querebant eum et reuertebantur: et diluculo veniebant ad eum.

Et rememoꝛati ſunt qꝛ deus adiutoꝛ eſt eoꝛum: et deus excelſus redemptoꝛ eoꝛum eſt.

Et dilexerunt eum in oꝛe ſuo: et lingua ſua mentiti ſunt ei.

Coꝛ autem eoꝛum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.

Ipſe autem eſt miſericoꝛs et pꝛopicius fiet peccatis eoꝛum: et non diſperdet eos.

Et abūdauit vt auerteret irā ſuā: et nō accēdit omnē irā ſuā.

Et recoꝛdatus eſt qꝛ caro ſūt: ſpiritus vadens ⁊ non rediēs.

Quotiens exacerbauerunt eū in deſerto: in iram concitauerunt eum in inaquoſo.

Et conuerſi ſūt ⁊ tētauerūt deū: et ſanctū iſrael exacerbauerūt.

Non ſunt recoꝛdati manus eiꝰ: die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut poſuit in egypto ſigna ſua: ⁊ ꝓdigia ſua i cāpo thaneos

Et conuertit i ſāguinē flumina eoꝝ: et imbꝛes eoꝝ ne biberēt.

Miſit in eos cinomiā ⁊ comedit eos: ⁊ ranā ⁊ diſꝑdidit eos.

Et dedit erugini fructus eoꝛum: ⁊ laboꝛes eoꝛum locuſte.

Et occidit in grādine vineas eoꝛū: ⁊ moꝛos eoꝝ in pꝛuina.

Et tradidit grādini iumenta eoꝝ: ⁊ poſſeſſionē eoꝛum igni.

Miſit i eos irā idignatiōis ſue idignationē et irā ⁊ tribulationē: immiſſiōes ꝑ āgelos malos

Viā fecit ſemite ire ſue et non pepꝑcit a moꝛte aīaꝝ eoꝝ: ⁊ iumenta eoꝝ in moꝛte concluſit.

Et ꝑcuſſit omne pꝛimogenitū

in terra egypti: primitias oīs labor coꝝ ĩ tabernacl'is chã.

Et abſtulit ſicut oues populum ſuum: ⁊ perduxit eos tanq̃ gregem in deſerto.

Et eduxit eos ĩ ſpe ⁊ nõ timuerūt: ⁊ ĩimicos coꝝ oꝑuit mare

Et induxit eos in montē ſanctificationis ſue: mōtem quem acquiſiuit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes ⁊ ſorte diuiſit eis terram: in funiculo diſtributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus iſrael.

Et temptauerunt ⁊ exacerbauerunt deum excelſum: ⁊ teſtimonia eius non cuſtodierunt.

Et auerterūt ſe et nō ſeruauerūt pactuꝫ: quēadmodū patres eorū ꝯuerſi ſunt in arcū prauū.

In irā ꝯcitauerūt eū ĩ collibus ſuis: et in ſculptilibus ſuis ad emulationē eū prouocauerunt.

Audiuit deus et ſpreuit: et ad nichilum redegit valde iſrael.

Et repulit tabernaculuꝫ ſylo: tabernaculum ſuum vbi habitauit in hominibus.

Et tradidit in captiuitatē virtutem eorum: et pulchritudinē eorum in manus inimici.

Et concluſit in gladio populū ſuū: ⁊ hereditatē ſuam ſpreuit.

Iuuenes coꝝ comedit ignis: ⁊ ꝟgines coꝝ nō ſūt lamētate.

Sacerdotes eorū ĩ gladio ceciderūt: ⁊ vidue coꝝ nō plorabãt.

Et excitatus ē tanq̃ dormiēs dn̄s tanq̃ potēs crapulatus a vino.

Et percuſſit inimicos ſuos ĩ poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum ioſeph: ⁊ tribū effrem nō elegit.

Sed elegit tribum iuda: montem ſyon quem dilexit.

Et edificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuuꝫ: in terra qu fundauit in ſecula.

Et elegit dauid ſeruū ſuum ⁊ ſuſtulit eum de gregibus ouiū: de poſt fetantes accepit eum.

Paſcere iacob ſeruum ſuum: et iſrael hereditatem ſuam.

Et pauit eos in innocētia cordis ſui: ⁊ in intellectibus manuū ſuarū deduxit eos. Glia. Ã. Tu es deus q̃ facis mirabilia. ps. 78

DEus venerūt gētes in hereditatē tuam: polluerūt tēplum ſanctuꝫ tuum/ poſuerūt hieruſalē in pomorū cuſtodiā.

Poſuerūt morticina ſeruorū tuorū eſcas volatilibus celi: carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs terre.

Effuderūt ſanguinem eorum tanq̃ aquā in circuitu hieruſalem: et non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobriū vicinis nr̄is: ſubſannatio ⁊ illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

Uſquequo dn̄e iraſceris ĩ finē: accēdet velut ignis zelus tu⁹.

Effunde irā tuam in gētes que te non nouerūt: et in regna que nomē tuum non inuocauerunt.

Quia comederūt iacob: ⁊ locum eius deſolauerunt.

Ne memineris iniquitatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt nos miſericordie tue/ q2 pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriam nominis tui dn̄e libera nos/ ⁊ propicius eſto peccatis noſtris propter nomē tuū.

Ne forte dicant in gētibꝰ vbi eſt deus eoꝝ: ⁊ innoteſcat i nationibꝰ corā oculis noſtris.

Ultio ſāguinis ſeruoꝝ tuorū qui effuſus eſt: introeat i cōſpectu tuo gemitus compeditorū.

Sc̄dm magnitudinē brachij tui: poſſide filios mortificatoꝝ.

Et redde vicinis nr̄is ſeptuplū in ſinu eoꝝ: īproperiū ipſorū qđ exprobrauerūt tibi dn̄e.

Nos aūt ppl's tuꝰ et oues paſcue tue: ꝯfitebimur tibi i ſcl'z.

In gn̄atione ⁊ gn̄ationē: annūciabimꝰ laudē tuā. P̄s. lxxix

Qui regis iſrl' intēde: q̄ deducis velut ouē ioſeph.

Qui ſedes ſup cherubi manifeſtare corā effrai beniamī ⁊ manaſſe.

Excita potētiā tuā ⁊ veni: vt ſaluos facias nos.

Deus conuerte nos: et oſtende faciem tuā et ſalui erimus.

Dn̄e deus ꝟtutū quouſq3 iraſceris: ſup orationē ſerui tui.

Cibabis nos pane lachrimarum: et potum dabis nobis in lachrymis in menſura.

Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: et inimici noſtri ſubſannauerūt nos.

Deus virtutū cōuerte nos: et oſtēde faciē tuā et ſalui erimꝰ.

Vineā de egypto tranſtuliſti: eieciſti gentes et plātaſti eam.

Dux itineris fuiſti in conſpectu eius: et plātaſti radices eiꝰ et impleuit terram.

Operuit mōtes vmbra eius: et arbuſta eius cedros dei.

Extendit palmites ſuos vſq3 ad mare: ⁊ vſq3 ad flumē propagines eius.

Ut quid deſtruxiſti maceriam eius: et vindemiāt eam omnes qui pretergrediuntur viam.

Exterminauit eā aper de ſilua: et ſingularis ferꝰ depaſtꝰ eſt eā.

Deus ꝟtutū ꝯuertere / reſpice de celo: ⁊ vide ⁊ viſita vineā iſtā.

Et perfice eā quam plantauit dextera tua: ⁊ ſuper filiū hominis quem confirmaſti tibi.

Incēſa igni et ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribūt.

Fiat manus tua ſuper virum dextere tue: ⁊ ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

Et nō diſcedimꝰ a te viuificabis nos: ⁊ nomē tuū inuocabimꝰ.

Dn̄e deꝰ ꝟtutū ꝯuerte nos: et oſtēde faciē tuā ⁊ ſalui erimꝰ.

Gl'ia. Añ. Propicius eſto pctīs nr̄is dn̄e. ℣. Gaudebunt labia mea dum cantauero tibi. ℟. Et aīa mea quā redemiſti. Añ lau. ℣. Fiat mia tua. In lau. añ. Tibi ſoli peccaui dn̄e miſerere mei.

Ps. Miſerere mei. P̄s. 89

Domine refugiū factꝰ es nobis: a gn̄atione i gn̄ationē.

Priuſq̄ mōtes fierēt aut formaretur terra ⁊ orbis: a ſclo ⁊ vſq3 in ſeculum tu es deus.

Ne auertas hoīez i hūilitatē: et dixiſti ꝯuertimini filij hoīz.

Qm̄ mille ānī aū oclos tuos: tanq̄ dies heſterna q̄ ꝑteriit.

Et cuſtodia in nocte: q̄ pro nihilo habētur eorū anni erunt.

Mane ſicut herba trāſeat. mane floreat et tranſeat: veſpere decidat induret et areſcat.

Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras

dis eoꝝ: ibūt i adinuẽtiōibꝰ ſuis.

Si populꝰ meus audiſſet me: iſrael ſi i vijs meis ābulaſſet.

Pro nihilo forſitan inimicos eoꝝ humiliaſſem: ⁊ ſuꝑ tribulātes eos miſiſſem manū meā.

Inimici domini mentiti ſunt ei: ⁊ erit tēpus eorū in ſecula.

Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle ſaturauit eos. Pſalmus.lxxxi.

Deus ſtetit i ſynagoga deorū: i medio aūt deos diiudicat.

Uſquequo iudicatis iniqtatē: et facies peccatorum ſumitis.

Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilem ⁊ pauperem iuſtificate.

Eripite pauperem: ⁊ egenum de manu peccatoris liberate.

Neſcierunt neqꝫ intellexerūt/ in tenebris ambulāt: mouebūtur omnia fundamenta terre.

Ego dixi dej eſtis: et filij excelſi omnes.

Uos aūt ſicut hoies moriemini: ⁊ ſicut vnꝰ de ꝑncipibꝰ cadetꝭ

Surge deus iudica terrā: qm̄ tu hereditabis in oibꝰ gētibꝰ.

Gloria patri. añ Exultate deo adiutori noſtro. ps.lxxxij.

Deus q̄s ſimilis erit tibi: ne taceas neqꝫ ꝯpeſcarꝭ deꝰ.

Qm̄ ecce inimici tui ſonuerūt et q̄ oderūt te extulerūt caput.

Super populū tuū malignauerunt conſilium: et cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.

Dixerunt venite et diſperdamus eos de gente: et nō memoretur nomen iſrael vltra.

Qm̄ cogitauerūt vnanimiter ſimul aduerſus te: teſtamentū diſpoſuerunt tabernacula idumeorum et iſmaelite.

Moab et agareni gebal ⁊ amō et amalech: alienigene cum habitantibus tyrum.

Etenim aſſur venit cū illis: facti ſunt i adiutoriū filijs loth.

Fac illis ſicut madiā et ſiſare: ſicut iabin in torrente cyſon.

Diſperierunt in endor: facti ſunt vt ſtercus terre.

Pone pricipes eoꝝ ſicut oreb et zeb: et zebee et ſalmana.

Omnes principes eorum qui dixerunt: hereditate poſſideamus ſanctuarium dei.

Deus meꝰ pone illos vt rotā: et ſicut ſtipulā ante faciē venti.

Sicut ignis q̄ cōburit ſiluā: ⁊ ſicut flāma cōburens montes.

Ita ꝑſeq̄ris illos i tēpeſtate tua: ⁊ in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: ⁊ querēt nomē tuum dñe.

Erubeſcant et cōturbentur in ſeclꝫ ſecli: ⁊ cōfūdant et pereāt.

Et cog̃ſcant qꝛ nomē tibi deꝰ: tu ſolꝰ altiſſimꝰ i oī t̄ra. ps.83.

Quam dilecta tabernacula tua dñe ꝟtutū: cōcupiſcit et deficit aīa mea in atria dñi.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum et turtur nidum ſibi: vbi reponat pullos ſuos.

Altaria tua domine virtutū: rex meus et deus meus.

Beati q̄ habitant in domo tua dñe: in ſecla ſecloꝝ laudabūt te.

Beatus vir cuius eſt auxiliū abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarū in loco quem poſuit.

Etem̄ benedictionē dabit legiſlatoꝛ ibūt de virtute in ꝟtutē: videbit̄ deus deoꝛū in ſyon.

Dn̄e de⁹ ꝟtutū exaudi oꝛonē meā: aurib⁹ ꝑcipe deus iacob.

Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus: et reſpice in faciem chꝛiſti tui.

Quia melioꝛ eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper milia.

Elegi abiectus eſſe i domo dei mei: magis ꝙ habitare i tabernaculis peccatoꝛum.

Qꝛ miam et veritatem diligit de⁹: gratiā ⁊ glīam dabit dn̄s.

Non p̄uabit bonis eos q̄ ābulāt i inocētia dn̄e ꝟtutū: beat⁹ hō q̄ ſꝑat i te. Glia. ā. Tu ſol⁹ altiſſim⁹ ſup oēm terrā. p.84

Benedixiſti dn̄e terrā tuā: auertiſti captiuitatē iacob.

Remiſiſti iniq̄tatē plebis tue: operuiſti omnia peccata eoꝛū.

Mitigaſti omnē irā tuā: auertiſti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos de⁹ ſalutarꝭ nr̄: et auerte iram tuam a nobis.

Nunquid ineternuꝫ iraſceris nobis: aut extēdes iram tuam a generatione in generationē.

Deus tu cōuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit̄ in te.

Oſtēde nobis dn̄e miam tuā: et ſalutare tuum da nobis.

Audiam q̄d loquat̄ in me dn̄s de⁹: q̄m loq̄t̄ pacē in plebē ſuā.

Et ſuper ſanctos ſuos: ⁊ i eos qui conuertuntur ad coꝛ.

Verūtn̄ ꝓpe timētes eū ſalutare ipi⁹: vt ihitet glīa i t̄ra noſtra.

Mia ⁊ ꝟitas obuiauerūt ſibi: iuſticia ⁊ pax oſculate ſūt.

Veritas de terra oꝛta eſt: ⁊ iuſticia de celo pꝛoſpexit.

Etem̄ dn̄s dabit benignitatē: et terra nr̄a dabit fructū ſuum.

Iuſticia añ eū ābulabit: et ponet i via greſſus ſuos. ps.85.

INclina domine aurē tuā et exaudi me: quoniā iops et pauper ſum ego.

Cuſtodi animā meam quoniā ſanctus ſum: ſaluū fac ſeruum tuū deus meus ſperantē in te.

Miſerere mei domine quoniā ad te clamaui tota die letifica animā ſerui tui: quoniā ad te domine animā meam leuaui.

Qm̄ tu dn̄e ſuauis et mitis: et multe mie oibus inuocātib⁹ te.

Aurib⁹ ꝑcipe dn̄e oꝛonē meā: intēde voci depꝛecatiōis mee.

In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudiſti me.

Nō eſt ſimilis tui i dijs dn̄e: et non eſt ſecundum opera tua.

Omnes gētes quaſcūq; feciſti veniēt/et adoꝛabūt coꝛā te dn̄e: et gloꝛificabūt nomen tuum.

Qm̄ magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus ſolus.

Deduc me dn̄e i via tua et ingrediar in veritate tua: letetur coꝛ meū vt timeat nomē tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto coꝛde meo: et glorificabo nomen tuū ineternū.

Qꝛ miſericoꝛdia tua magna eſt ſuper me: et eruiſti animam meam ex inferno inferioꝛi.

Deus iniqui inſurrexerūt ſuper me/et ſynagoga potentium queſierūt aiam meā: et nō ꝓpoſuerunt te in conſpectu ſuo.

Et tu dn̄e de⁹ miſ̄atoꝛ ⁊ miſ̄icoꝛs: patiēs ⁊ mlt̄e mie ⁊ verax.

Reſpice in me et miſerere mei/

da imperium tuũ puero tuo: et
ſaluũ fac filium ancille tue.
Fac mecũ ſignũ in bono vt vi
deant qui oderũt me et confun
dãtur: qm̃ tu dñe adiuuiſti me/
et cõſolatꝰ es me. Glia. a. Bñ
dixiſti dñe terrã tuã. ps. lxxxvi.

Fundamenta eius in mon
tibus ſanctis: diligit do=
minus portas ſyon/ ſuper om=
nia tabernacula iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas
Memor ero raab et ba= (dei.
bylonis: ſcientium me.
Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ po
pulus ethiopũ: hi fuerũt illic.
Nunquid ſyon dicet homo et
homo natus eſt in ea: et ipſe fun
dauit eam altiſſimus.
Dñs narrabit i ſcptur ꝫ popu
loꝝ: et p̃ncipũ hoꝝ q̃ fuerũt i ea.
Sicut letantium omnium: ha
bitatio eſt i te. ps. lxxxvii.

Domine deꝰ ſalutis mee: i
die clamaui ⁊ nocte coram te.
Intret i ꝯſpectu tuo oro mea:
inclina aurẽ tuã ad precẽ meã.
Qr repleta eſt malis aĩa mea:
⁊ vita mea i iferno appropinq̃
Eſtimatꝰ ſũ cũ deſcẽdẽ= (uit.
tibꝰ i lacũ factꝰ ſuꝫ ſicut hõ ſine
adiutorio/ iter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormiẽtes in
ſepulchris/ quorũ non es me=
mor amplius: et ipſi de manu
tua repulſi ſunt.
Poſuerũt me in lacu iferiori:
in tenebroſis ⁊ i vmbra mortꝭ.
Super me confirmatus eſt fu
ror tuus: et omnes fluctꝰ tuos
induxiſti ſuper me.
Lõge feciſti notos meos a me
poſuerunt me abõiationẽ ſibi.
Traditꝰ ſuꝫ ⁊ nõ egrediebar:
oculi mei lãguerũt pre inopia.
Clamaui ad te dñe: tota die
expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mi
rabilia: aut medici ſuſcitabunt
et confitebuntur tibi.
Nunquid narrabit aliquis in
ſepulchro miſericordiã tuã: et
veritatẽ tuam in perditionem.
Nunquid cognoſcentur in te=
nebris mirabilia tua: ⁊ iuſticia
tua in terra obliuionis.
Et ego ad te domine clamaui:
⁊ mane oro mea preueniet te.
Vt qd dñe repellis orationẽ
meã: auertis faciẽ tuam a me.
Paup ſum ego ⁊ in laboribus
a iuuẽtute mea: exaltatus autẽ
humiliatus ſum ⁊ cõturbatus.
In me trãſierũt ire tue: ⁊ ter=
rores tui cõturbauerunt me.
Circumdederũt me ſicut aqua
tota die: circũdederũt me ſimul.
Elongaſti a me amicũ ⁊ pro=
ximũ: ⁊ notos meos a miſeria.
Gloria. an. Fundamenta eius
in mõtibus ſctis. ps. lxxxviii.

Miſericordias domini: in
eternum cantabo.
In gñatione ⁊ gñationẽ: ãnũ
ciabo veritatẽ tuã in ore meo.
Quoniã dixiſti in eternũ miſe
ricordia edificabit in celis: pre
parabitur veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentum electis
meis: iuraui dauid ſeruo meo
vſq ineternũ pparabo ſemẽ tuũ
Et edificabo in generatione ⁊
generationem: ſedem tuam.
Confitebuntur celi mirabilia
tua domine: etenim veritatem
tuam in eccleſia ſanctorum.

Qm̄ q̄s in nubibꝰ eq̄bit̄ dn̄o: ſimilis erit domino ī filijs dei.

Deus qui gloꝛificat̄ in ↄſilijs ſcōꝝ: magnꝰ ⁊ terribilis ſup̄ om̄es qui in circuitu eius ſunt.

Domine deus virtutum quis ſimilis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dn̄aris p̄tāti maris: motū aūt fluctuū eius, tu mitigas.

Tu humiliaſti ſicut vulneratū ſuperbū: in bꝛachio virtutis tue diſperſiſti inimicos tuos.

Tui ſūt celi ⁊ tua eſt t̄ra: oꝛbē t̄re ⁊ plenitudinē eiꝰ tu fundaſti aquilonē ⁊ mare tu creaſti.

Thaboꝛ et hermō in noīe tuo exultabūt: tuū bꝛachiū cū potētia.

Firmet̄ manꝰ tua ⁊ exaltetur dextera tua: iuſticia ⁊ iudicium pꝛeparatio ſedis tue.

Mīa ⁊ v̄itas p̄cedēt faciē tuā: bt̄us ppl̄s qui ſcit iubilationē.

Dn̄e ī lumine vultꝰ tui ābulabūt ⁊ ī noīe tuo exultabūt tota die: ⁊ ī iuſticia tua exaltabunt̄.

Quoniam gloꝛia virtutis eoꝛum tu es: et ī beneplacito tuo exaltabitur coꝛnu noſtrum.

Qm̄ dn̄i eſt aſſumptio noſtra: et ſancti iſrael regis noſtri.

Tūc locutꝰ es in viſione ſctīs tuis: et dixiſti poſui adiutoꝛiū ī potēte: ⁊ exaltaui electū d̄ plebe mea.

Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo vnxi eū.

Manꝰ eñ mea auxiliabit̄ ei: ⁊ bꝛachiū meū cōfirmabit eum.

Nihil ꝓficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et cōcidā a facie ipſiꝰ inimicos eiꝰ: ⁊ odiētes eū ī fugā ꝯuertā.

Et veritas mea et miſericoꝛdia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur coꝛnu eius.

Et ponam in mari manū eiꝰ: et in fluminibus dexterā eius.

Ip̄e īuocauit me p̄r meꝰ es tu: deꝰ meꝰ ⁊ ſuſceptoꝛ ſalutꝭ mee.

Et ego pꝛimogenitū ponam illū: excelſum pꝛe regibꝰ terre.

In eternū ſeruabo illi mīam meā: ⁊ teſtamētū meū fidele ipſi.

Et ponā in ſcl'm ſcl'i ſemē eiꝰ: ⁊ thꝛonum eius ſicut dies celi.

Si autē dereliquerūt filij eiꝰ legem meā: et in iudicijs meis non ambulauerint.

Si iuſticias meas pꝛophanauerint: et mandata mea nō cuſtodierint.

Viſitabo in virga iniquitates eoꝛum: et in verberibus peccata eoꝛum.

Mīam autē meā nō diſp̄gā ab eo: neq̄ nocebo ī veritate mea.

Neq̄ ꝓphanabo teſtamētum meū: ⁊ que pꝛocedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuraui in ſancto meo ſi dauid mentiar: ſemē eius in eternum manebit.

Et thꝛonꝰ eiꝰ ſicut ſol in cōſpectū meo: ⁊ ſicut luna perfecta in eternū/ et teſtis in celo fidelis.

Tu vero repuliſti et deſpexiſti: diſtuliſti chꝛiſtum tuum.

Auertiſti teſtamētū ſerui tui: ꝓphanaſti ī t̄ra ſāctuariū eiꝰ.

Deſtruxiſti oēs ſepes eiꝰ: poſuiſti firmametū eiꝰ foꝛmidinē.

Diripuerunt eū omnes tranſeuntes viam: factus eſt oppꝛobꝛium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexterā depꝛimētiū

eū: letificaſti oēs inimicos ei⁹.

Auertiſti adiutorium gladii ei⁹: ⁊ nō es auxiliat⁹ ei i bello.

Deſtruxiſti eū ab emūdatione: et ſedē ei⁹ in terra colliſiſti.

Minoraſti dies tēporis eius: perfudiſti eum confuſione.

Uſquequo dñe auertis i finē: exardeſcet ſicut ignis ira tua.

Memorare que mea ſubſtantia: numquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum.

Quis eſt homo q̄ viuet et non videbit mortem: eruet animā ſuam de manu inferi.

Ubi ſūt mie tue antiq̄ dñe: ſicut iuraſti dauid in ꝟitate tua.

Memor eſto domie opprobrii ſeruorum tuorum: quod continui in ſinu meo multarū gētiū.

Quod exprobrauerūt inimici tui domine: quod exprobrauerunt cōmutationē chriſti tui.

Bñdict⁹ dñs ineternū: fiat fiat.

Nō dr ad noc. iſte p̄s. 89. Dñe refugiū: ⁊c. Nō dr ad noc. iſte p̄s. 90. Qui habitat in adiuto. ⁊c. Nō dr ad noc. iſte p̄. 91. Bonū eſt ꝯfiteri dño ⁊ pſal. Nō dr ad noc. iſte p̄. 92 Dñs reg̃. de.

DEus vltionū dñs: (p̄. 93 deus vltionū libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

Uſquequo peccatores domie: vſquequo pctōres gl'iabūtur.

Effabunt et loquent iniq̄tatē: loquent oēs q̄ opant iniuſticiā.

Populū tuū dñe humiliauerūt: ⁊ hēditatē tuā vexauerūt.

Uiduam et aduenam interfecerunt: ⁊ pupillos occiderunt.

Et dixerunt non videbit dñs: nec intelliget deus iacob.

Intelligite inſipientes in populo: et ſtulti aliquādo ſapite.

Qui plātauit aurē nō audiet: aut q̄ finxit oculū nō cōſiderat.

Qui corripit gentes non arguet: qui docet hoiem ſciētiam.

Dñs ſcit cogitationes hominum: quoniam vane ſunt.

Beat⁹ homo quē tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eū.

Ut mitiges ei a dieb⁹ malis: donec fodiat peccatori fouea.

Qꝛ nō repellet dñs plebē ſuā: et hereditatē ſuā nō derelinq̄t.

Quoadusq̧ iuſticia cōuertat in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis ꝯſurget mihi aduerſus malignātes: aut q̄s ſtabit mecū aduerſus opantes iniq̄tatē.

Niſi qꝛ dñs adiuuit me: paulomi⁹ hitaſſet i iferno aia mea.

Si dicebā motus eſt pes me⁹: mia tua dñe adiuuabat me.

Scdm multitudinem dolorū meoꝝ in corde meo: ꝯſolatiōes tue letificauerūt aiam meam.

Nunq̄d adheret tibi ſedes iniq̄tatis: q̄ fingis laborē i p̄cepto.

Captabūt i aiam iuſti: ⁊ ſanguinē innocentē condēnabunt.

Et fact⁹ ē mihi dñs i refugiū: et de⁹ me⁹ i adiutoriū ſpei mee.

Et reddet illis iniq̄tatē ipoꝝ: ⁊ in malicia eorū diſpdet eos: diſperdet illos dñs deus noſter.

Nō dicit ad noct. iſte p̄s. xciiii

UEnite exultem⁹ dño: iubilemus deo ſalutari nrō.

Preoccupemus faciē ei⁹ in cōfeſſiōe: ⁊ i pſalmis iubilem⁹ ei.

Qm̄ deus magnus domin⁹: et

rex magnus ſup̄ omnes deos.

Qꝛ in manu eiꝰ ſunt oēs fines terre: ⁊ altitudines mōtiū ipſiꝰ ſūt.

Qm̄ ipſiꝰ eſt mare et ipſe fecit illō: et ſiccā manꝰ eiꝰ formauerūt.

Venite adoꝛemus et procidamus et ploꝛemus ante dominū qui fecit nos: qꝛ ipſe eſt deꝰ nr̄.

Et nos populus paſcue eius: et oues manus eius.

Hodie ſi vocē eiꝰ audieritis: nolite obdurare coꝛda veſtra.

Sicut in irritatione: ſecūdum diem tentationis in deſerto.

Ubi tētauerūt me patres vr̄i: ꝓbauerūt ⁊ viderūt opa mea.

Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: ⁊ dixi ſemper hi errant coꝛde.

Et iſti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea/ ſi introibūt in requiem meā. An.

Bñdictus dñs in etnū. Ps. xcv

Cantate dño cāticuꝫ nouū: cantate dño oīs terra.

Cantate domino et benedicite nomini eius: annūciate de die in diem ſalutare eius.

Annūciate inter gētes gloꝛiā eiꝰ: ī oībꝰ ppl'is mirabilia eiꝰ.

Qm̄ magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis: terribilis ē ſup̄ oēs deos

Qm̄ omnes dii gentiū demonia: dominꝰ autem celos fecit.

Confeſſio ⁊ pulchꝛitudo ī cōſpectu eius: ſanctimonia ⁊ magnificētia in ſctificatione eius.

Afferte dño patrie gentiū afferte dño gloꝛiā et honoꝛē: afferte dño gl'iam nomini eius.

Tollite hoſtias et introite in atria eius: adoꝛate dominuꝫ in atrio ſancto eius.

Commoueatur a facie eiꝰ vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

Etenim coꝛrexit oꝛbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.

Letent̄ celi et exultet terra/ cōmoueat̄ mare et plenitudo eiꝰ: gaudebūt cāpi ⁊ oīa q̄ ī eis ſūt

Tunc exultabūt omnia ligna ſiluarū a facie domini quia venit: qm̄ venit iudicare terram.

Iudicabit oꝛbē terre in eq̄tate: ⁊ ppl'os ī ꝟitate ſua. Ps. xcvi

Dominꝰ regnauit exultet terra: letent̄ inſule mlt̄e.

Nubes ⁊ caligo ī circuitu eiꝰ: iudicia et iudiciū coꝛrectio ſedꝭ

Ignis an̄ ipꝫ p̄cedet: ⁊ in (eiꝰ.
flāmabit ī circuitu inimicos eiꝰ

Illuxerūt fulgura eius oꝛbē terre: vidit ⁊ cōmota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie dñi oīs terra.

Annūciauerūt celi iuſticiā eiꝰ: et viderūt oēs ppl'i gl'iam eiꝰ.

Confundātur omnes qui adoꝛant ſculptilia: et qui gloꝛiātur in ſimulachꝛis ſuis.

Adoꝛate eum oēs angeli eiꝰ: audiuit et letata eſt ſyon.

Et exultauerūt filie iude: pꝛopter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnē terrā: nimis exaltatus es ſuper oēs deos.

Qui diligitis dñm odite malū cuſtodit dñs aīas ſctōꝝ ſuoꝛū: de manu pctōꝛis liberabit eos.

Lux oꝛta eſt iuſto: et rectis coꝛde leticia.

Letamini iuſti in dño: ⁊ cōfitemini memoꝛie ſctificatiōis eiꝰ.

Gl'ia. A. Cātate dn̄o ⁊ bn̄dicite noī eius. ℣. Intret oꝛo mea in ꝯſpectu tuo dn̄e. ℟. Inclina aurē tuā ad p̄cē meā. Añ. lau. ℣. Fiat mia tua dn̄e. In laud. Añ. Spū p̄ncipali ꝯfirma coꝛ meū deus. Ps. Miſerere. Ps. cxlij.

Domine exaudi oꝛationem meā/auribꝰ percipe obſecrationem meā: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia.

Et non intres in iudiciū cum ſeruo tuo: quia nō iuſtificabit in cōſpectu tuo omnis viuens.

Qꝛ pſecutꝰ eſt inimicus aiam meā: hūiliauit i t'ra vitā meā.

Collocauit me i obſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi: ⁊ anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meꝰ in me turbatum eſt coꝛ meum.

Memoꝛ fui dierū antiq̄ꝝ meditatꝰ ſum i oībꝰ opibꝰ tuis: in factis manuū tuarū meditabar.

Expandi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aq̄ tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Nō auertas faciē tuā a me: et ſilis ero deſcēdētibus in lacū.

Auditam fac mihi mane miſericoꝛdiā tuam: qꝛ in te ſperaui.

Notā fac mihi viā in qua ābulē: qꝛ ad te leuaui animā meā.

Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te ꝯfugi: doce me facere volūtatē tuā/qꝛ deus meus es tu.

Spūs tuꝰ bonꝰ deducet me in terrā rectā: ꝓpter nomē tuum. dn̄e viuificabꝭ me i eq̄tate tua.

Educes de tribulatione animam meā: ⁊ in mia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et pdes oēs q̄ tribulāt aiam meā: qm̄ ego ſeruꝰ tuꝰ ſū. Gl'ia. A. In veritate tua exaudi me dn̄e. A. Illumina dn̄e vultū tuum ſup nos. Ps. Deꝰ deꝰ meꝰ. Ps. Abac. iij.

Domine audiui auditionē tuam: et timui.

Domine opus tuum: in medio annoꝛum viuifica illud.

In medio ānoꝝ notū facies: cū iratꝰ fuerꝭ miē recoꝛdaberꝭ.

Deus ab auſtro veniet: ⁊ ſanctus de monte pharan.

Operuit celos gloꝛia eius: et laudis eius plena eſt terra.

Splendoꝛ eiꝰ vt lux erit: coꝛnua in manibus eius.

Ibi abſcondita eſt foꝛtitudo eius: ante faciē eius ibit moꝛs.

Egredietʳ diabolus āte pedes eius: ſtetit ⁊ menſus eſt terrā.

Aſpexit ⁊ diſſoluit gentes: et contriti ſunt montes ſeculi.

Incuruati ſunt colles mūdi: ab itineribus eternitatis eius.

Pꝛo iniquitate vidi tentoꝛia ethyopie: turbabuntur pelles terre madian.

Nūquid in fluminibus iratꝰ es dn̄e: aut in fluminibꝰ furoꝛ tuus/vel i mari idignatio tua.

Qui aſcēdes ſup equos tuos: et quadrige tue ſaluatio.

Suſcitās ſuſcitabiꝭ arcū tuū: iuramēta tribubꝰ q̄ locutꝰ es.

Fluuios ſcindes terre/viderunt te ⁊ doluerūt montes: gurges aquarum tranſiit.

Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit.

Sol et luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum/ibunt in ſplendoꝛe fulgurantis haſte tue.

In fremitu cõculcabis terrã: in furore obſtupefacies gẽtes.

Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutem cũ chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentũ eius vſqꝫ ad collum.

Maledixiſti ſceptris eius: capiti bellatorũ eius venientibus vt turbo ad diſpergẽdum me.

Exultatio eorũ: ſicut eius qui deuorat pauperẽ in abſcõdito.

Uiam feciſti i mari eq̃s tuis: in luto aquarum multarum.

Audiui ⁊ ꝯturbat⁹ ẽ vẽt̃ me⁹: a voce cõtremuerũt labia mea.

Ingrediat̃ putredo i oſſibus meis: et ſubter me ſcateat.

Ut requieſcã i die tribulatiõis: ⁊ aſcẽdã ad pplꝫ accinctũ nr̃ꝫ.

Ficus enim nõ florebit: ⁊ nõ erit germen in vineis.

Mentietur opus oliue: et arua non afferent cibum.

Abſcindet̃ de ouili pecus: ⁊ nõ erit armentum in preſepibus.

Ego autem in domino gaudebo: ⁊ exultabo in deo ieſu meo.

De⁹ dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi ceruorũ.

Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentẽ.

Gl̃ia. an. Dñe audiui auditum tuũ ⁊ timui. an. In tympano ⁊ choro i chordis ⁊ organo laudate deũ. ps. Laud. cũ Uigilate. A Dñe ne in ira. vſqꝫ ad xl. qñ de vj. fer. agit̃ dr̃ ad lau. ſeq. hy⁹.

ETerna celi gl̃ia/ btã ſpes mortalium: celſi tonantis vnice/ caſteqꝫ proles virginis.

Da dexterã ſurgẽtibus/ exurgat et mẽs ſobria: flagrãſqꝫ in laudẽ dei/ grates repẽdat debitas.

Ortus refulget lucifer/ ſparſamqꝫ lucẽ nũciat: cadit caligo noctiũ/ lux ſctã nos illuminet.

Manẽſqꝫ nr̃is ſenſibus/ noctẽ repellat ſeculi: omniqꝫ fine diei/ purgata ſeruet pectora.

Queſita iã primũ fides/ radicet altis ſenſib⁹: ſecũda ſpes cõgaudeat/ q̃ maior extat caritas.

Deo patri. ℣. In matutinis. Per eſtatẽ hy⁹. Ecce iã ℣. In matutinis. a. Per viſcera mie dei nr̃i i q̃b⁹ viſitauit nos oriens ex alto. ps. Bñd⁹. ¶ Sabbato ad mat. inuit. Dñꝫ deũ nr̃ꝫ. Uenite adorem⁹. ps. Uen. Sequẽs hy⁹. ſolũ dr̃ ad mat. i ſabbato pxio añ do. pmã. xl. qñ in hoc ſabba. de feria agit̃ hy⁹.

SUmme de⁹ clemẽtie/ mundiqꝫ factor machine: vn⁹ potẽtialiter/ trinuſqꝫ pſonalit̃.

Noſtros pius cũ cãticis flet⁹/ benigne ſuſcipe: quo corde puro ſordib⁹/ te perfruamur largius.

Lũbos iecureqꝫ morbidũ/ adure igne cõgruo: accincti vt ſint perpeti/ luxu i remoto peſſimo.

Ut q̃qꝫ horas noctiũ/ nũc cõcinẽdo rũpim⁹: donis beate pr̃ie/ ditemur oẽs affati. Pr̃a pat. Per eſta. hy⁹. Nocte ſur. ps. 97.

CAntate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ brachium ſanctum eius.

Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſticiam ſuam.

Recordat⁹ eſt miſericordie ſue:

et veritatis ſue domui iſrael.
Viderūt oēs termini terre ſa
lutare dei nr̄i: iubilate deo oīs
tra/cātate ⁊ exultate ⁊ pſallite
Pſallite dn̄o in cythara in cy=
thara et voce pſalmi: in tubis
ductilibus ⁊ voce tube coꝛnee.
Iubilate i ꝯſpectu regis dn̄i/
moueat mare ⁊ plenitudo eius:
oꝛbis terrarū et q̄ habitāt i eo.
Flumina plaudent manu ſi=
mul mōtes exultabūt a ꝯſpectu
dn̄i: qm̄ venit iudicare terram.
Iudicabit oꝛbē terrarū i iuſti
cia: et pplos in equitate. Ps. 98.
Dominus regnauit iraſcā
tur populi: qui ſedes ſup
cherubin moueatur terra.
Dominus in ſyon magnus: ⁊
excelſus ſuper omnes pplos.
Confiteantur noi tuo magno
qm̄ terribile et ſanctū eſt: et ho
noꝛ regis iudicium diligit.
Tu paraſti directiones: iudi=
ciū et iuſticiā i iacob tu feciſti.
Exaltate dn̄z deū nr̄z et adoꝛa
te ſcabellū pedū eiꝰ qm̄ ſctm̄ eſt
Moyſes ⁊ aarō in ſacerdotibꝰ
eius: et ſamuel iter eos qui in=
uocant nomen eius.
Inuocabant dominum et ipſe
exaudiebat eos: in columna nu
bis loquebatur ad eos.
Cuſtodiebāt teſtimonia eiꝰ: ⁊
preceptum quod dedit illis.
Dn̄e deꝰ noſter tu exaudiebas
eos/deus tu ꝓpiciꝰ fuiſti eis: ⁊
viciſcēs i oēs adiuētiōes eorū.
Exaltate dn̄m deū nr̄m et ado
rate i mōte ſcō eiꝰ: qm̄ ſanctus
dn̄s deꝰ nr̄. Gl'ia. Ant. Qꝛ mira
bilia fecit dominꝰ. Ps. 99.
Iubilate deo omnis terra:
ſeruite domino in leticia.
Introite in conſpectu eius: in
exultatione.
Scitote qm̄ dn̄s ipe eſt deus:
ipſe fecit nos et non ipſi nos.
Populꝰ eiꝰ ⁊ oues paſcue eius
introite poꝛtas eiꝰ i cōfeſſiōe:
atria eiꝰ i hymnis ꝯfitemi illi.
Laudate nomen eius qm̄ ſua=
uis eſt dn̄s/ineternū mia eius:
et vſq̄ i generatione et genera=
tionem veritas eius. Ps. c.
Miſericoꝛdiam et iudicium
cantabo tibi domine: pſal
lam et intelligam in via imma
culata quando venies ad me.
Perambulabā in inocētia coꝛ
dis mei: in medio domus mee.
Non pꝛoponebam ante ocu=
los meos rem iniuſtā: facien=
tes pꝛeuaricationes odiui.
Non adheſit mihi coꝛ prauū:
declinātē a me malignū nō co=
Detrahentē ſecreto (gnoſcebā.
pꝛoximo ſuo: hunc perſeq̄bar.
Superbo oculo et inſaciabili
coꝛde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre vt
ſedeāt mecū: ambulās i via im
maculata hic mihi miniſtrabat
Non habitabit in medio do=
mus mee qui facit ſupbiā: qui
loquitur iniqua non direxit in
conſpectu oculoꝛum meoꝛum.
In matutino interficiebā oēs
peccatoꝛes terre: vt diſperde=
rem de ciuitate dn̄i oēs operan
tes iniquitatē. Gl'ia. Ant. Iubi=
late deo omnis terra. Ps. ci.
Domine exaudi oōnē meā
⁊ clamoꝛ meꝰ ad te veīat.
Non auertas faciē tuā a me:
in quacunq̄ die tribuloꝛ/inclia

na ad me aurem tuam.

In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me.

Qꝛ defecerūt ſicut fum⁹ dies mei: et oſſa mea ſicut cremium aruerūt.

Percuſſus ſū vt fenū et aruit cor meū: qꝛ oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adheſit os meum carni mee.

Similis factus ſuꝫ pellicano ſolitudinis: et factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui et factus ſum ſicut paſſer: ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et q̄ laudabant me aduerſum me iurabant.

Qꝛ cinerē tanq̄ panē manducabā: et potū meū cū fletu miſcebā.

In charitate perfecta: confirmet nos trinitas ſcā. ¶ In oībus ferijs per annū extra tp̄s paſc. et quādo expoſi. non habetur dicant̄ he bn̄dictiōes tres.

Deus miſereatur noſtri: et det nobis pacem.

Virtus chriſti: habitet in cordibus noſtris.

De celo miſſus: doceat nos ſpiritus almus. ¶ In feſt. oīm ſanctorū dicantur benedictiones prout in eodem feſto ante lectiones eiuſdem ſunt notate.

¶ In feſtis et in cōmemo. beate marie dicantur iſte benedictiones. ¶ In primo nocturno.

Alma virgo virginum: inter

cedat pro nobis ad dominum.

Chriſtus marie filius: ſit nobis clemens et propitius.

Sancta dei genitrix: ſit nobis auxiliatrix. Tres predicte benedictiones in commēo. beate marie non variantur per totum annum. ¶ In ſcdo noctur.

Sācte marie merita: nos perducant ad regna celeſtia.

Que peperit chriſtum: pro nobis poſtulet ipſum.

Stella maria maris: ſuccurre piiſſima nobis. ¶ In .iij. noct.

Per marie merita: proſit nobis lectio euangelij.

Diuina ſolatia: nobis impetret virgo maria.

Ad ſocietatem ciuium ſupernorū: perducat nos regina celorum. ¶ Item alie benedictiones de ſancta maria: infra oct.

Pura pudica pia: miſeris miſerere maria.

Virgo parens natum: fac nobis propitiatum.

Nos precibus matris: ſaluet ſapientia patris. ¶ Scda dic.

Virgo deo digna: peccantibus eſto benigna.

Intercede pia: pro nobis virgo maria.

Que peperit florē: det nobis floris odorem. ¶ Tertia dic.

Conſerua famulos: virgo maria tuos.

Sancte marie precibus: benedicat nos pater et filius.

Filius virginis marie: det nobis gaudia vite. Amen.

¶ In quotidianis matut. bte marie dicantur he bñdictiones.

Alma virgo virginum: intercede pro nobis ad dominum.

Intercede pia: pro nobis virgo maria.

Sancta dei genitrix: ſis nobis auxiliatrix.

¶ Benedictio ſalis ⁊ aque omnibus diebus dñicis per annū.

¶ Poſt primā et cap. fiat benedictio ſalis et aque ad gradum chori a ſacerdote hoc modo.

Exorcizo te creatura ſalis per deū ✠ viuum/ per deū ✠ verū/ per deū ✠ ſanctum/ per deum qui te per heliſeum prophetam in aquā mitti iuſſit vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium/ ⁊ ſis omnibus te ſumentibus ſanitas anime ⁊ corporis: et effugiat atq; diſcedat ab eo loco quo aſperſum fueris omnis fantaſia et nequitia vel verſutia diabolice fraudis/ omniſq; ſpiritus immūdus adiuratꝰ. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos: et ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Sequit̄ oratio ſine Dñs vobiſcum. ſed tantū cum Oremus.

Immēſam clemētiam tuā omnipotens eterne deus humiliter imploramus: vt hāc creaturam ſalis quam in vſum generis humani tribuiſti/ bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et corporis. Et quicquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit: careat omni immundicia / omniqꝫ impugnatiōe ſpiritualis neqtie. Per dñm. ℟. Amē.

¶ Sequitur exorciſmus aque.

Exorcizo te creatura aque in nomine ✠ dei patris omnipotētis/ et in noīe ✠ ieſu chriſti filij eius dñi noſtri/ ⁊ in virtute ſpiritus ſancti: vt fias aqua exorcizata ad effugādam omnem poteſtatem inimici: et ipſum inimicū eradicare ⁊ explātare valeas cū angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutem eiuſdem dñi noſtri ieſu xp̄i: q̄ venturus eſt iudicare viuos et mortuos ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Sequit͛ oratio ſine Dominus vobiſcū. ſed cū Oremꝰ.

Deus qui ad ſalutē humani generis maxima queqꝫ ſacramēta in aquarum ſubſtātia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris/ et elemento huic multimodis purificationibꝰ preparato virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens/ ad abijciendos demones morboſqꝫ pellendos diuine gratie ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda reſperſerit: careat omni immunditia/ liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritꝰ peſtilēs/ non aura corrūpens: diſcedant omnes inſidie latentis inimici: et ſi quid eſt qđ aut incolumitati habitantiū inuidet aut quieti/ aſperſione huiꝰ aque effugiat: vt ſalubritas ꝑ inuocationem ſancti tui nominis expetita/ ab omnibꝰ ſit impugnationibus defenſa. Per dñm noſtrū. Hic mittat ſacerdos ſal in aquā in modum crucis ita dicendo ſine nota. ¶ Commixtio ſalis et aq̄ pariter fiat. In nomine patris et filij ⁊ ſpiritus ſancti. ℟. Amen. Dominus vobiſcum. Oremꝰ. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor et inſuperabilis imperij rex/ ac ſemper magnificꝰ triumphator: qui aduerſe dominationis vires reprimis/ q̄ inimici rugiētis ſeuitiā ſuperas/ qui hoſtiles nequitias potens expugnas: te dñe trementes ⁊ ſupplices deprecamur ac petimus vt hanc creaturam ſalis ⁊ aque dignanter aſpicias/ benignus illuſtres/ pietatis tue more ſancti ✠ fices: vt vbicunqꝫ fuerit aſperſa per inuocationē ſancti tui nominis/ omnis infeſtatio immūdi ſpiritus abijciatur: terrorqꝫ venenoſi ſerpētis procul pellatur: et p̄ſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiā tuam poſcentibus vbiqꝫ adeſſe dignetur. Per dominū. in vnitate eiuſdem. Dum aſpergitur aqua cantetur hec añ. Aſperges me domine hyſopo et mundabor: lauabis me et ſuper niuem dealbabor. Ps. Miſerere mei deus. Aſperges. ℣. Et ſecundum. Aſperges. ℣. Gloria patri. Sicut erat. Lauabis me. Poſt aſperſionē aque dicat ſacerdos ad gradū chori. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiā tuā. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. quitur orō ſine Dñs vobiſcū.

ſed tātum cum Oꝛemus. Oꝛo.

Exaudi nos domine ſancte pater omnipotens eterne deꝰ: ⁊ mittere dignare ſanctum angelum tuum de celis: qui cuſtodiat | foueat | pꝛotegat | viſitet | et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per chꝛiſtum. ℟. Amen.

¶Benedictio panis. Dñs vo. ℟. Et cum ſpū tuo. Oꝛemus.

Benedic domine iſtā creaturam panis ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto: vt omnes guſtantes ex eo/ recipiant tam coꝛpoꝛis ꝙ anime ſanitatem. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti. Amē. Aſpergatur aqua benedicta.

¶Alia benedictio panis. ℣. Adiutoꝛium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terrā. Dominus vo. Et cū. Oꝛemus.

Domine ſancte pater omnipotēs eterne deus/ bene✠dicere digneris hunc panem tua ſancta ſpirituali benedictione: vt ſit omnibus ſumētibus ſalus mentis ⁊ coꝛpoꝛis: atqꝫ contra omnes moꝛbos et vniuerſas inimicoꝛum inſidias tutamen. Per dominum noſtrū ieſum chꝛiſtum filium tuum panem qui de celo deſcēdit/ ⁊ dat vitam et ſalutem mundo: et tecum viuit et regnat deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē.

¶Sequuntur pꝛeparationes ad miſſam.

¶Sacerdos volens confiteri dicat Benedicite pater. Sacerdos. Dominus ſit in coꝛde tuo et in labijs tuis ad cōfitendum omnia peccata tua. In nomine patris et filij ⁊c. Tūc dicat peccata ſua: quibus dictis dicat ſacerdos. Miſereatur tui omnipotens deus ⁊c. Indulgētiam et abſolutionem ⁊c. Meritum paſſionis domini noſtri ieſu chꝛiſti | ſuffragia ſctē matris eccleſie | bona que feciſti et que per dei gratiam facies: ſint tibi in remiſſionem peccatoꝛum tuoꝛum. Iniungat penitentiam dicens. Et pꝛo penitētia ſpeciali dices hoc ⁊ hoc. vel facies hoc et hoc. Tunc abſoluat dicēs. Dominus noſter ieſus chꝛiſtus qui eſt ſummꝰ pontifex per ſuam piiſſimam miſericoꝛdiam te abſoluat. Et ego authoꝛitate mihi cōceſſa abſoluo te pꝛimo a ſententia minoꝛis excommunicationis ſi indigeas. Deinde abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris ⁊ filij ⁊c. Sacerdos volens accedere ad altare induat ſe ſacris veſtibus dicens.

Veni creatoꝛ ſpūs/ mētes tuoꝝ viſita: imple ſuperna gr̄a | q̄ tu creaſti pectoꝛa.

Qui paraclitꝰ diceris/ donum dei altiſſimi: fons viuꝰ/ ignis/ charitas/ ⁊ ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptifoꝛmis munere/ dextre dei tu digitus: tu rite pꝛomiſſum patris | ſermone ditās guttura.

Accende lumen ſenſibus/ infunde amoꝛem coꝛdibus: infirma noſtri coꝛpoꝛis/ virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas longius/ pacemq; dones protinus: ductore ſic te preuio vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem/ noſcam⁹ atq; filiū: te vtriuſq; ſpiritū/ credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio ſancto ſimul paraclito: nobiſq; mittat filius/ chariſma ſancti ſpiritus. Amen. Vſus. Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur. ℟m. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem ſancti ſpirit⁹ cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per chriſtum. Deinde ſequatur Añ. Introibo ad altare dei. Ps. Judica me deus et diſcerne cau. tot⁹ ps dicit cum Gloria. Deinde dicit Añ. Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Confiteor deo/ beate marie/ omnibus ſanctis/ et vobis: quia peccaui nimis cogitatione/ locutione et opere: mea culpa. Precor ſanctam mariam omnes ſanctos dei et vos orare ꝓ me. Miniſtri reſpondeant. Miſereatur veſtri omnipotens de⁹: et dimittat vobis omnia peccata veſtra/ liberet vos ab omni malo/ conſeruet ⁊ confirmet in bono et ad vitam perducat eternam. Sacerd. Amen. ⁊ poſtea dicant Confiteor. quo dicto dicat ſacer. Miſereatur. vt ſupra. Deinde dicat ſacerd. Abſolutionē ⁊ remiſſionē omniū peccatorum veſtrorum/ ſpatiū vere penitentie et emēdationem vite/ gratiam ⁊ conſolationem ſancti ſpūs: tribuat vobis omnipotēs et miſericors domin⁹. Miniſtri reſpondeant. Amen. Deinde dicat ſacerd. ℣. Adiutorium noſtrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculū. Orem⁹.

Aufer a nobis dñe queſumus omnes iniquitates noſtras: vt ad ſancta ſanctoꝝ puris mētibus mereamur introire. Per. Tūc ſe erigat ſacerdos ⁊ oſculetur altare/ ⁊ hoc in medio: et ſignet ſe in facie ſua ita dicēs. In nomine patris et filij et ſpiritusſancti. Amen. Deinde incipiat officium vſq;

Gloria in excelſis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agim⁹ tibi propter magnā gloriam tuam. Domine deus rex celeſtis: de⁹ pater omnipotēs. Dñe fili vnigenite ieſu xp̄e. Spirit⁹ et alme orphanoꝝ paraclite. Domine deus agnus dei fili⁹ patris. Primogenit⁹ marie virginis matris. Qui tollis pctā mundi miſerere nobis. Qui tollis pctā mundi: ſuſcipe deprecationem nr̃am. Ad marie gloriã. Qui ſedes ad dexteram pt̄is miſerere nobis. Qm̄ tu ſol⁹ ſanct⁹. Mariam ſanctificãs. Tu ſol⁹ dñs. Mariam gubernãs. Tu ſolus altiſſimus. Mariam coronãs. Jeſu chriſte. Cum ſancto ſpiritu: in gloria dei patris. Amen.

Credo in vnũ deum. Patrem omnipotentem: factorem celi et terre / viſibilium omniũ ⁊ inuiſibiliũ. Et in vnũ dñm ieſum chriſtũ filiũ dei vnigenitũ. Et ex patre natũ ante omnia ſecula. Deum de deo / lumen de lumine / deũ verũ de deo vero. Genitũ non factũ / cõſubſtantialẽ patri: per quẽ omnia facta ſunt. Qui propter nos homines ⁊ ꝓpter noſtrũ ſalutem deſcendit de celis. Et incarnatus eſt de ſpũ ſctõ ex maria virgine: et homo fact⁹ eſt. Crucifixus etiã pro nobis ſub pontio pilato: paſſus et ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et aſcẽdit in celum: ſedet ad dexterã patris. Et iterũ vẽturus eſt cũ gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cuius regni non erit finis. Et in ſpiritũ ſanctũ dominũ et viuificantẽ: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre ⁊ filio ſimul adoratur ⁊ cõglorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnã ſanctã catholicã ⁊ apoſtolicã eccleſiam. Cõfiteor vnũ baptiſma in remiſſionẽ peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuoꝝ. Et vitam venturi ſeculi. Amẽ. Deinde ſequat̄ Dñs vobiſcum. ⁊ Orem⁹. Deinde dicat̄ offꝫ. Ipſe vero accipiens calicem: diligẽter ponat in loco ſuo debito ſuper mediũ altaris: et inclinat⁹ parumper eleuet calicem vtraq; manu offerens ſacrificium domino: dicẽdo hanc orationem. Oratio.

Suſcipe ſctã trinitas hãc oblationẽ quam ego indignus peccator offero in honore tuo / beate marie / ⁊ omniũ ſanctorũ: pro peccatis ⁊ offenſionibus meis / ꝓ ſalute viuorum / ⁊ requie omniũ fideliũ defunctorũ. In noĩe pt̄is ⁊c. Acceptũ ſit oĩpotenti deo hoc ſacrificiũ nouũ. Dicta orõne reponat calicem ⁊ cooperiat cũ corporalibus: ponatq; panẽ ſup corporalia decẽter ante calicẽ vinum ⁊ aquã continentẽ: ⁊ oſculet̄ patenã ⁊ reponat a dextris ſuper altare ſub corporalib⁹ parũ cooperiendo. His ita pactis eat ſacerdos ad dextrum cornu altaris: ⁊ abluat man⁹ dicẽs. Munda me dñe ab omni inquinamẽto mẽtis ⁊ corporis: vt poſſim mundus implere opus ſanctũ domini. Ablutis manibus recipiat ſe ad altare ad diuinum officium exequendum. Deinde reuertat ſe: et ſtans ante altare inclinatoq; capite ⁊ corpore iunctis manibus dicat. Oratio.

In ſpiritu humilitatis ⁊ in animo contrito ſuſcipiamur dñe a te. Sic fiat ſacrificiũ noſtrũ in conſpectu tuo vt a te ſuſcipiatur hodie: et placeat tibi dñe deus. Et erigẽs ſe ve oſculetur altare a dextris ſacrificij: ⁊ dūs bn̄dictionē vltra ſacrificiū: poſtea ſignet ſe dicēs. **In nomine patris** ⁊c̄. Deinde vertat ſe ad populum et tacita voce dicat. **Orate fratres et ſorores ꝓ me: vt meū pariterq; veſtrū acceptum ſit dn̄o deo ſacrificiū.** Reſpō clerici priuatim.

Spūſſancti gr̄a illuminet cor tuū ⁊ labia tua: ⁊ accipiat dn̄s digne hoc ſacrificium laudis de manib⁹ tuis ꝓ pc̄tis ⁊ offenſionibus noſtris. In miſſis vō ꝓ defunctis poſt ablutionem manuū ſacerdos ſtatim incipiat iūctis manibus in medio altaris conuerſus ad altare dicens.

Hoſtias ⁊ preces tibi dn̄e offerimus. Et chorus cantando reſpōdeat. **Tu ſuſcipe pro animabus illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dn̄e de morte trāſire ad vitā.** Et interim dicat ſacerdos. **In ſpū humilitatis.** Deinde ſtatim dicat cōuerſus ad populū tacita voce. **Orate fratres ⁊ ſorores pro fidelib⁹ defūctis.** Reſpō clerici cantādo. **Requiem eternā dona eis dn̄e: et lux ꝑpetua luceat eis. Quā olim abrahe ꝓmiſiſti et ſemini eius.** ¶ In oīb⁹ miſſis ꝓ corpore p̄ſenti ⁊ in anniuerſa. cuiuſcūq; fuerint ⁊ i trigintalib⁹ ſi.

Hoſtias ⁊ p̄ces. Tu ſ. **Requiē eternam.** Et **Quā olim.** In omnibus vero alijs miſſis pro defunctis nō dicuntur: nec in die animarū. Et reuerſus ad altare ſacer. ſecretas orationes dicat iuxta numerum et ordinem ante dictarū ante epiſtolā: ita incipiēs. **Oremus.** Quibus finitis dicat aperta voce **Per oīa ſecula ſeculoꝝ.** manib⁹ non leuatis: donec dī **Surſum corda.** ¶ De trinitate Prefatio.

AEterne deus: qui cū vnigenito filio tuo ⁊ ſpū ſcō vnus es de⁹: vnus es dn̄s. Nō in vni⁹ ſingularitate perſone: ſed in vnius trinitate ſubſtantie. Quod enī de tua gloria reuelante te credim⁹: hoc de filio tuo / hoc de ſpiritu ſcō ſine differētia diſcretionis ſentim⁹. Vt in cōfeſſiōe vere ſempiterneq; deitatis: ⁊ in ꝑſonis ꝓprietas: et in eſſentia vnitas: ⁊ in maieſtate adoreť equalitas. Quam laudāt angeli atq; archangeli: cherubin quoq; ac ſeraphin: q̄ nō ceſſant clamare vna voce dicētes. ¶ De ſcō ſpiritu p̄fatio.

AEterne deus. Per chriſtū dn̄m noſtrum. Qui aſcendēs ſuper oēs celos ſedenſq; ad dexterā tuam / promiſſum ſpiritum hodierna die in filios adoptiōis effudit. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed ⁊ ſuperne virtutes atq; angelice poteſtates hymnū glorie tue concinunt ſine fine dicentes.

¶ De ſancta cruce prefatio.

AEterne deus. Qui ſalutē humani generis in ligno crucis cōſtituiſti: vt vnde mors oriebať / inde vita reſurgeret. Et qui in ligno vincebat: in ligno quoq; vincereť. Per chriſtum dn̄m noſtrū. Per quē ma

ieſtatẽ tuã laudãt angeli: adorãt dominationes: tremũt poteſtates. Celi celorũq; virtutes ac btã ſeraphin: ſocia exultatione cõcelebrãt. Cũ quibꝰ ⁊ noſtras voces / vt admitti iubeas deprecamur: ſupplici cõfeſſione dicẽtes. ¶ De ſancta maria p̄fatio.

Eterne deus. Et te in cõceptione. Et te in annunciatione. Et te in aſſumptione. Et te in natiuitate. Et te in viſitatione. Et te in veneratione btẽ ⁊ glorioſe ſemp̄q; virginis marie exultãtibꝰ animis laudare / bñdicere / ⁊ p̄dicare. Que et vnigenitũ tuũ ſancti ſpũs obũbratione cõcepit / ⁊ ꝟginitatis gloria permanẽte huic mundo lumen eternum effudit / ieſum chriſtum dominum noſtrũ. Per quem maieſtatem tuam. vtã.

¶ De apoſtolis prefatio.

Eterne deus. Et te domine ſuppliciter exorare vt gregẽ tuũ paſtor eterne nõ deſeras: ſed per beatos apoſtolos tuos cõtinua protectione cuſtodias. Vt iiſdem rectoribus gubernetur: quos operis tui vicarios eidẽ cõtuliſti preeſſe paſtores. Et ideo cum angelis ⁊ archangelis / cum thronis ⁊ dñationibus. Cũq; omni militia celeſtis exercitus / hymnum glorie tue canimus ſine fine dicentes. ¶ Prefatio communis.

Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Dñs vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo. Hic eleuet ſacerdos manꝰ dicẽs. Surſum corda. Habemus ad dñm.

Gratias agamus domino deo noſtro. Dignum et iuſtum eſt.

Vere dignum et iuſtũ eſt equum et ſalutare: nos tibi ſemper et vbiq; gratias agere / domine ſancte pater omnipotens eterne deus. Per chriſtum dñm nr̃m. Per quem maieſtatem tuam laudãt angeli / adorãt dñationes / tremũt poteſtates. Celi celorũq; virtutes ac btã ſeraphin. ꝛc. vtã. Sanctus ſanctus ſanctus. Item in aliis p̄fationibus. Et ideo. vtã.

Sanctus ſctũs ſanctꝰ dñs deꝰ ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra gl'ia tua oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in noĩe dñi: oſanna in excelſis. Quñ vltimo fit ſeruitiũ de ſctã maria ante aduentũ: ⁊ añ ſeptuageſimã: ⁊ in octaua viſitationis / aſſumptionis / ⁊ natiuitatis btẽ marie: tũc dicit hoc modo. Benedictus marie filiꝰ q̃ venit in noĩe dñi. ꝛc. Deinde coniunctis manibus erectis et oculis eleuatis incipiat ſacerd. Te igit̃ clemẽtiſſime pater. corpore inclinato donec dixerit ac petimus.



Te igit̃ clementiſſime pater p̄ ieſum chriſtum filiũ tuũ dominum noſtrum ſupplices rogamus corpore iclinato dõec dicat ac petimus. Hic erigens ſe ſacerdos oſculet̃ altare a dextris ſacrificij dicẽs. vti accepta habeas et bñdicas Hic faciat ſacerdos tres cruces ſup calicem dicẽdo. Hec ✠ dona Hec ✠ munera Hec ✠ ſancta ſacrificia illibata. Factis ſignaculis ſup calicẽ eleuet manus ſuas dicẽs.

IN primis que tibi offerimus ꝑ eccleſia tua ſancta catholica: quã pacificare: cuſtodire: adunare ⁊ regere digneris toto orbe terrarum: vna cũ famulo tuo papa nr̃o N. ⁊ antiſtite noſtro N. id eſt proprio ep̃o tm̃ et rege noſtro N. ⁊ dicuntur nominatim. Sequatur et omnibus orthodoxis atq; catholice et apoſtolice fidei cultoribus. Hic oret pro viuis.

MEmento dñe famulorũ famularumq; tuarũ N. ⁊ N. In qua orõne ordo debet attẽdi ꝓpter ordinẽ charitatis. Quinquies oret ſacerdos. Primo ꝓ ſeipſo. Scḋo pro patre ⁊ matre carnali ⁊ ſpirituali ⁊ pro alijs parẽtibꝰ. Tertio ꝓ amicis ſpecialibus/ parochianis/ et alijs. Quarto ꝓ omnibus aſſiſtentibus. Quinto ꝓ omni ppl'o chriſtiano. ⁊ poteſt hic ſacerdos oẽs ſuos amicos deo commendare. Conſulo tamẽ vt nullus ibidẽ nimis immoretur: tũ propter cordis diſtractionem: tũ ꝓpter immiſſiones que poſſunt fieri per angelos malos: tum ꝓpter alia pericula. Et omniũ circũſtantium: quorũ tibi fides cognita eſt ⁊ nota deuotio: ꝓ quibus tibi offerimus/ vel qui tibi offerũt hoc ſacrificium laudis: pro ſe ſuiſq; omnibus/ pro redẽptione animarum ſuarum/ pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſue: tibiq; reddunt vota ſua eterno deo viuo et vero.

COmmunicãtes et memoriam venerantes. In primis glorioſe ſemperq; virginis Inclinãdo parũper dicat Marie genitricis dei et dñi noſtri ieſu chriſti. Sed ⁊ beatorũ apoſtolorũ ac martyrũ tuorũ Petri/ Pauli/ Andree/ Jacobi/ Johannis/ Thome/ Jacobi/ Philippi/ Bartholomei/ Mathei/ Simonis ⁊ Thadei. Lini/ Cleti/ Clemẽtis/ Sixti/ Cornelij/ Cypriani/ Laurẽtij/ Chryſogoni/ Johannis et Pauli/ Coſme et Damiani. Et oĩm ſanctorũ tuorum. Quorum meritis precibuſq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem chriſtum dominum noſtrum. Amẽ. Hic reſpiciat ſacerdos hoſtiam cũ magna veneratione dicens.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtre: ſed et cuncte familie tue: queſumus domine vt placatꝰ accipias: dieſq; noſtros ĩ tua pace diſponas: atq; ab eterna dãnatione nos eripi/ ⁊ in electorũ tuorum iubeas grege nũerari. Per xp̃m dominũ noſtrũ. Amen. Hic iterum reſpiciat hoſtiam dicens.

QUam oblationẽ tu deus omnipotens in omnibus queſumus Hic faciat tres cruces ſuper vtraſq; cum dicat be✠nedictã/ aſcri✠ptã/ ra✠

tam| rationabilem| acceptabilēqꝫ facere digneris: vt nobis Hic faciat crucē ſuper panem dicens. cor ✠ pus Hic ſup calicem et ſan ✠ guis Iunctiſqꝫ manibus dicat fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri ieſu chriſti. Hic erigat ſacerdos manꝰ et cōiungat: ⁊ poſtea tergat digitos ⁊ eleuet hoſtiam dicens.

Qui pridie ꝙ pateretur: accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: et eleuatis oculis in celū Hic eleuet oculos ſuos ad te deum patrē ſuū omnipotentē. Hic inclinet ſe paululū ⁊ poſtea eleuet dicēs tibi gratias agēs. be ✠ nedixit| fregit| Hic tangat hoſtiam dicens deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ manducate ex hoc oēs. Hoc eſt enim corpus meū. Et debēt iſta verba ꝓferri cū vno ſpiritu| ⁊ ſub vna prolatione| nulla pauſatione interpoſita. Poſt hec verba inclinet ſe ſacerdos ad hoſtiā| et poſtea eleuet eā ſupra frontem vt poſſit a populo videri: et reuerēter illam reponat ante calicē in modum crucis per eādē facte. Et ſic diſcooperiat calicem| ⁊ teneat inter manus ſuas nō diſiungendo pollicē ab indice: niſi dum facit benedictiones tantum| ita dicens.

Simili modo poſtea ꝙ cenatum eſt: accipiens et hunc preclarū calicem in ſanctas ac venerabiles manꝰ ſuas. item tibi Hic inclinet ſe dicēs gratias agēs bene ✠ dixit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs. Hic eleuet parū ſuper calicē ita dicēs Hic eſt enim calix ſanguinis mei| noui ⁊ eterni teſtamenti: myſteriū fidei: qui pro vobis et ꝓ multis effundetur in remiſſionē peccatoꝝ. Hic eleuet calicē vſqꝫ ad pectꝰ vel vltra caput dicēs. Hec quotienſcunqꝫ feceritis| in mei memoriā facietis. Hic reponat calicē ⁊ fricet digitos ſuos ſupra calicem propter micas et cooperiat calicē. Deinde eleuet brachia ſua in modū crucis iunctis digitis vſqꝫ ad hec verba de tuis donis ac datis.

Unde ⁊ memores domine nos ſerui tui: ſed ⁊ plebs tua ſctā: eiuſdē chriſti filij tui dñi dei noſtri tam beate paſſionis: necnon ⁊ ab inferis reſurrectionis: ſed ⁊ in celos glorioſe aſcēſionis: offerimus preclare maieſtati tue de tuis donis ac datis. Hic quinqꝫ cruces fiāt: ſcilicet tres prime ſuper hoſtiā et calicem dicēdo hoſtiā pu ✠ ram: hoſtiam ſan ✠ ctam: hoſtiam imma ✠ culatam. Quarta ſuper panem tantū dicendo. pa ✠ nem ſanctū vite eterne. Quinta ſuper calicem dicendo et ca ✠ licē ſalutis perpetue.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris| ⁊ accepta habere ſicuti accepta habere dignatꝰ es munera pueri tui iuſti abel: ⁊ ſacrificiū patriarche noſtri abrahe: ⁊ quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuꝰ melchiſedech ſanctum ſacrificium immaculatā hoſtiam. Hic coꝛpoꝛe inclinato: ⁊ cancellatis manib⁹ dicat. Supplices te rogamus omnipotēs deus. vſq; ad hec verba. ex hac altaris participatione. et tunc erigat ſe deoſculans altare a dextris ſacrificij: et faciat ſignū crucis ſuper hoſtiā ⁊ calicem et in facie ſua cum dicit omni benedictione celeſti.

Supplices te rogam⁹ omnipotens deus: iube hec perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuine maieſtatis tue: vt quotquot Hic eriges ſe oſculetur altare a dextris ſacrificij dicēs ex hac altaris participatione ſacroſanctū filij tui Hic faciat ſignū crucis ſuper hoſtiam dicens. coꝛ✠pus deinde ſup calicē dicens ⁊ ſan✠guinem ſumpſerimus: omni Hic ſignet ſe in faciem dicens benedictione celeſti et gratia repleamur. Per eundem chꝛiſtum dominum noſtrū. Amen. Hic oꝛet pro moꝛtuis.

Memento etiā domine animarum famuloꝝ famularumq; tuarum N. et N. qui nos pꝛeceſſerunt cum ſigno fidei: et doꝛmiunt in ſomno pacis. Reminiſcatur defunctoꝝ: coꝛum precipue pꝛo q̄bus tenetur oꝛare. Deinde dicat.

Ipſis domine et omnibus in chꝛiſto quieſcētibus: locum refrigerij lucis ⁊ pacis vt indulgeas depꝛecamur. Per eūdem chꝛiſtū dn̄m noſtrū. Amē. Hic percutiat pect⁹ ſuū ſemel dicēs

Nobis quoq; peccatoꝛibus famulis tuis de multitudine miſerationum tuarū ſperantibus/ partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis et martyribus: cum Johanne: Stephano: Mathia: Barnaba: Ignatio: Alexādꝛo: Marcellino: Petro: Felicitate: Perpetua: Agatha: Lucia: Agnete: Cecilia: Anaſtaſia. Et cum omnibus ſanctis tuis. Intra quoꝝ nos conſoꝛtium non eſtimatoꝛ meriti/ ſed venie queſum⁹ largitoꝛ admitte. Per xp̄m dominum noſtrum. Non di Amen. Per quē hec om̄ia dn̄e ſemper bona creas/ Hic ter ſignet calicem dicēs ſancti✠ficas/ viui✠ficas/ bene✠dicis/ ⁊ pꝛeſtas nobis. Hic diſcooperiat calicem: et faciat ſignaculū crucis cum hoſtia quinquies: pꝛimo vltra calicē et vtraq; parte ipſius calicis: ſecundo ad calicē equale: tertio infra calicem: quarto ſicut pꝛimo: quinto ante calicem. Per ip✠ſum/ et cum ip✠ſo/ ⁊ ī ip✠ſo/ eſt tibi deo patri omnipo✠tenti in vnitate ſpiritus✠ ſancti/ omnis honoꝛ ⁊ gloꝛia. Hic cooperiat ſacerdos calicem et teneat man⁹ ſuas ſuper altare vſq; dum dicitur Pater noſter. ita dicens.

Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Oꝛemus. Pꝛeceptis ſalutaribus moniti/ ⁊ diuina inſtitutiōe foꝛmati audem⁹ dicere. Hic accipiat diaconus patenam/ eã q3 a dextris ſacerdotis extento brachio in altum vſq3 **Da propitius.** diſcopertã teneat. Hic eleuet ſacerdos manus dicens. **Pater noſter qui es in celis ſanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua ſicut in celo et in terra. Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribꝰ noſtris. Et ne nos inducas in tentationem.** Chorus dicat. **Sed libera nos a malo.** Sacerdos priuatim. **Amen.**

Libera nos q̃s dñe ab oībꝰ malis preteritis p̃ſentibꝰ ⁊ futuris. Et intercedẽte beata ⁊ glorioſa ſemꝑq3 virgine dei genitrice maria/ et beatis apoſtolis tuis petro ⁊ paulo atq3 andrea cum omnibꝰ ſanctis. Hic committat diaconus patẽ. ſacer. deoſculãs manũ eiꝰ: et ſacer. deoſculet patẽ. poſtea ponat ad ſiniſtrũ oculũ: deinde ad dextrũ: poſtea faciat crucẽ cum patena vltra caput: ⁊ tũc reponat eam in locum ſuum dicẽs.

Da propitiꝰ pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordie tue adiuti: ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi/ et ab omni ꝑturbatiõe ſecuri. Hic diaco. operiat calicem ⁊ ſumat corpꝰ cũ inclinatione trãſponens in cõcauitate calicis retinẽdo inter pollices et indices/ et frangat in tres partes. Prima fractio dum **Per eundẽ dñm noſtrum ieſum xp̃m filium tuum.** Sc̃da fractio. **Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpiritꝰ ſancti deus.** Hic teneat duas fracturas in ſiniſtra manu ⁊ tertiam fracturam in dextera manu in ſummitate calicis: ita dicens aperta voce. **Per oĩa ſecula ſeculorũ.** Chorus reſpõdeat. **Amen.** Hic faciat tres cruces intra calicem cũ tertia parte hoſtie dicẽdo. **Pax dñi ✠ ſit ſem ✠ per vo ✠ biſcũ.** Chorus. **Et cũ ſpũ tuo.** Ad **Agnꝰ dei.** dicẽdũ accedant diaco. ⁊ ſubdia. ad ſacer. vterq3 a dextris: diaco. ꝓpior/ ſubdia. remotior ⁊ dicant priuatim.

Agnꝰ dei q̃ tollis pctã mundi: miſerere nobis. Agnꝰ dei qui tollis pctã mũdi: miſerere nobis. Agnꝰ dei q̃ tollis pctã mũdi: dona nobis pacẽ. In miſſis ꝓ defunctis dr̃ hoc mõ. **Agnus dei q̃ tollis pctã mũdi: dona eis requiẽ.** cũ hac additione in tertia repetitiõe **ſempiternã.** Hic cruce ſignando deponat dictam tertiam partem hoſtie in ſacramento ſanguinis: ſic dicendo.

Hec ſacro ✠ ſctã cõmixtio corporis ⁊ ſanguinis dñi nr̃i ieſu xp̃i fiat mihi oĩbuſq3 ſumẽtibus ſalus mentis ⁊ corporis: ⁊ ad vitã eternã ꝓmerendã ⁊ capeſſendã p̃paratio ſalutaris. Per eũdẽ dñm. nr̃m. Amẽ. Anteq̃ pax detur dicat ſacerdos.

Domine ſancte pater omnipotens eterne deus: da mihi hoc ſacroſanctum corpus et ſanguinem filij tui dñi nr̃i ieſu chriſti ita digne ſumere: vt merear per hoc remiſſionẽ

omniū peccatoꝛū meoꝛū accipere / ⁊ tuo ſancto ſpiritu repleri / ⁊ pacem tuā habere: quia tu es deus ſolus / ⁊ preter te nō eſt alius: cuiꝰ regnum ⁊ imperiū gl'ioſum ſine fine permanet in ſecula ſeculoꝝ. Amē. Hic oſculetur ſacer. coꝛpoꝛalia in dextera parte: ⁊ ſummitatē calicis / et poſtea diaco. dicēs **Pax tibi et eccl'ie dei.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo.** Diaconus a dextris ſacer. ab eo pacē recipiat: ⁊ ſubdiaco. poꝛrigat. Deinde ad gradū chori ipſe diaco. pacē poꝛtet rectoribꝰ choꝛi: ⁊ ipſi pacē choꝛo poꝛtent utrīqz ſue parti incipiens a maioꝛibus. In feſ. dup ⁊ feſ. q̄n choꝛꝰ nō regit': pax a diaco. choꝛo appoꝛtetur ꝑ duos extremos de ſecūda foꝛma. cetera ſicut pꝛius. Poſt pacē datā dicat ſacerdos oꝛationem ſequētem priuatim anteq̄ ſe cōmunicet: tenēdo hoſtiā duabꝰ manibus.

Deus pater fons et oꝛigo totiꝰ bonitatis / q̄ ductus mīa unigenitū tuū ꝑ nobis ad infima mūdi deſcēdere ⁊ carnē ſumere voluiſti: quem ego indignus hic i manibꝰ meis teneo. Hic iclinet ſe ſacer. ad hoſtiā dicēs. Te adoꝛo / te gl'ifico / te tota mētis ac coꝛdis intētiōe laudo: et pꝛecoꝛ ut nos famulos tuos nō deſeras: ſed pctā nr̄a dimittas: quatenus tibi ſoli viuo ac vero deo puro coꝛde et caſto coꝛpoꝛe ſeruire valeamꝰ. Per eundem chꝛiſtū dominū noſtrū. Amen.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui qui ex voluntate pr̄is coopērāte ſpū ſancto per moꝛtē tuā mūdū viuificaſti / libera me q̄ſo per hoc ſacroſanctū coꝛpus ⁊ hūc ſanguinē tuū a cunctis iniq̄tatibꝰ meis / ⁊ ab vniuerſis malis: ⁊ fac me tuis ſemper obedire mādat' / ⁊ a te nūq̄ in ꝑpetuū ſeparari permittas ſaluatoꝛ mūdi. Qui cū deo pr̄e et eodē ſpū ſc̄tō viuis ⁊ reg. deꝰ. Per oīa ſecula ſeculoꝛū. Amē.

Coꝛpoꝛis et ſanguinis tui dn̄e ieſu xp̄e ſacramentū quod (licet indignus) accipio / non ſit mihi iudicio et condemnationi: ſed tua pꝛoſit pietate coꝛpoꝛis mei et anime ſaluti. Amen. Ad coꝛpus dicat cum humiliatione anteq̄ accipiat.

Aue in eternū ſanctiſſima caro chꝛiſti: mihi ante oīa et ſuper oīa ſumma dulcedo. Coꝛpꝰ dn̄i noſtri ieſu xp̄i / ſit mihi peccatori via ⁊ vita. In noīe ✠ patris et filij ⁊ ſpiritus ſancti. Amen. Hic ſumat coꝛpus cruce pꝛius facta cum ipſo coꝛpoꝛe ante os. Deinde ad ſanguinē cum magna deuotione dicat.

Aue in eternū celeſtis potꝰ: mihi ante oīa ⁊ ſuper oīa ſumma dulcedo. Coꝛpus ⁊ ſanguis domini noſtri ieſu xp̄i pꝛoſit mihi peccatoꝛi ad remedium ſempiternum in vitam eternam. Amen. In noīe ✠ patris. ⁊c. Hic ſumat ſanguinē: quo ſumpto inclinet ſe ⁊ dicat orōnem.

Gratias tibi ago dn̄e ſancte pater omnipotēs eterne deus / qui me refeciſti de ſacratiſſimo coꝛpoꝛe et ſanguine filij tui dn̄i noſtri ieſu chriſti: ⁊ precor vt hoc ſacramētum ſalutis noſtre quod ſumpſi indign⁹ peccator: nō veniat mihi ad iudiciū neq̄ ad cōdēnationem ꝑ meritis meis: ſed ad profectum corporis mei ⁊ anime ſalutem in vitam eternā. Amen. Quis dicta: eat ſacerd. ad dextrū cornu altaris cum calice inter manus digitis adhuc cōiunctis ſicut pri⁹ / ⁊ accedat ſubdia. ⁊ effundat in calicē vinū / ⁊ reſynceret ſacerd. manus ſuas ne alique reliquie corporis ⁊ ſanguinis remaneāt in digitis vel in calice. Cū ꝟo aliq̄s ſacerd. debeat bis celebrare in vno die: tunc ad primam miſſam nō debet percipere ablutionem vllam ſed ponere in ſacrario vel in vaſe mundo vſq̄ in finem alterius miſſe / et tunc ſumatur vtraq̄ ablutio. Poſt primam ablutionem dicitur hec oratio.

Quod ore ſumpſimus dn̄e pura mēte capiamus: et de munere tēporali / fiat nobis remedium ſempiternū. Hic lauet digitos in concauitate calicis cum vino infuſo a ſubdiacono: quo hauſto ſequitur Oratio.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine: et celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Poſt perceptionē ablutionum ponat ſacerd. calicem ſuper patenā: vt ſi q̄d remaneat ſtillet / et poſtea inclinando ſe dicat.

Adorem⁹ crucis ſignaculū: ꝑ q̄d ſalutis ſumpſim⁹ ſacramentū. Deinde lauet man⁹: diaco. interim corporalia complicet. Ablutis manib⁹ ⁊ redeunte ſacer. ad dextrum cornu altaris: diaco. calicē porrigat ori ſacer. ad ſi q̄d infuſionis in eo remāſerit reſumendū. Poſtea ꝟo dicat cū ſuis miniſtris cōionem. Deinde facto ſigno crucis in facie vertat ſe ſacer. ad ppl'm: eleuatiſq̄ aliquātulū brachijs ⁊ iūctis manibus dicat **Dn̄s vobiſcū.** ⁊ itorū reuer. ſe ad altare dicēs. **Orem⁹.** Deinde dicat poſtcōiones iuxta numerū et ordinē antedictarū orationū ante epiſtolā. Finita vltima poſtcōmunione factoq̄ ſigno crucis ī frōte: iterū vertat ſe ſacerd. ad populū ⁊ dicat **Dn̄s vobiſcum.** Deinde diaco. **Bn̄dicam⁹ dn̄o.** aliqn̄ vero dicit **Ite miſſa eſt.** Quotiēſcunq̄ aūt dr̄ **Ite miſſa eſt.** ſemp dr̄ ad ppl'm cōuertendo. Et cū dici debeat **Bn̄dicamus dn̄o.** vel **Requieſcāt in pace.** Cōuertendo ad altare dr̄ **Benedicamus dn̄o.** His dictis ſacerd. inclinato corpore iūctiſq̄ manib⁹ tacita voce corā altare in medio dicat hāc orationem.

Placeat tibi ſctā trinitas obſequiū ſeruitutis mee: et preſta vt hoc ſacrificiū quod oculis tue maieſtatis indign⁹ obtuli: tibi ſit acceptabile / mihiq̄ ⁊ oībus ꝑ quib⁹ illud obtuli / ſit te miſerante ꝓpiciabile. Qui viuis ⁊ reg. de⁹. Per oīa ſecula ſecloꝝ. Amē. Qua oratiōe finita erigat ſe ſacerd. ſignans ſe in facie ſua: dicens **In noīe pr̄is. ⁊c.** Et ſic inclinatione fa tes eo oꝛdine quo pꝛius acceſſerunt ad altare in pꝛincipio miſſe: ſic induti cum ceroferarijs ⁊ ceteris miniſtris recedant. Et ſtatim poſt **Deo gratias.** incipiatur in choꝛo hoꝛa nona: quādo poſt miſſam dicitur. Sacerdos vero in recedendo dicat euāg. **In pꝛincipio.** Cum vero ſacer. exuerit caſulam ⁊ alia indumēta ſacerdotalia: dicat pſalmos ſubſcriptos cum añ. **Trium puerorum.** pſ. **Bñdicite ſacerd.** vſq; ad finem canti. pſ. **Laudate dominum in ſanctis eius.** totum. pſ. **Nūc dimittis.** cum **Gloꝛia patri.** et **Sicut erat.** Deinde dr̄ tota añ. **Trium puerorum cantemꝰ hymnum quem cantabant in camino ignis/ benedicentes dominum. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſō. Pater noſter. Et ne nos. Benedicamus patrem et filium cum ſancto ſpiritu. Laudemus ⁊ ſuperexaltemus eū in ſecula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedicat et cuſtodiat nos trinitas ſancta. Amen. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Dñe deus virtutum conuerte nos. Et oſtende faciem tuam et ſalui erimus. Domine exaudi. Et clamoꝛ. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremꝰ.**

Deus qui tribꝰ pueris mitigaſti flāmas ignīū: cōcede ꝓpiciꝰ vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitioꝝ. Oꝛo.

Ure igne ſancti ſpiritꝰ renes nr̄os ⁊ coꝛ nr̄m dñe: vt tibi caſto coꝛpoꝛe ſeruiamꝰ; et mūdo coꝛde placeamꝰ. Oꝛo.

Actiones noſtras q̄ſumus domine aſpirando pꝛeueni/ et adiuuando pꝛoſequere: vt cūcta noſtra operatio et oꝛatio a te ſemꝑ incipiat et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres oꝛatiōes ſic. **Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.**



¶ In cōmemoratione ſctē trinitatis. Offm̄.

Benedicta ſit ſancta trinitas/ atq; indiuiſa vnitas: confitebimur ei quia fecit nobiſcū miſericoꝛdiam ſuam. In tp̄e paſc. **All'a all'a.** pſ. **Benedicamus patrē et filiū cum ſancto ſpiritu.** Oꝛatio.

Om̄ps ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in cōfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiā agnoſcere: et in potētia maieſtatis adoꝛare vnitatē: queſumꝰ vt eiuſdem fidei firmitate/ ab oībus ſemper muniamur aduerſis. Qui viuis et regnas. Ad romanos.

O Altitudo diuitiarū ſapiētie ⁊ ſcientie dei: ꝙ incōpꝛehēſibilia ſunt iudicia eiꝰ: et inueſtigabiles vie eius. Quis eñi cognouit ſenſum domini? Aut quis conſiliarius eiꝰ fuit? Aut quis pꝛioꝛ dedit illi: et retribuetur ei? Quoniam ex ipſo et per ipſum et in ipſo ſunt omnia: ipſi gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum. Amē. Ad coꝛinthios.

FRatres. Gratia domini noſtri ieſu chꝛiſti et charitas dei et communicatio ſancti ſpiritus: ſit ſemper cum omnibus vobis. In chꝛiſto ieſu domino noſtro. Graduale. Benedictus es domine qui intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. V. Benedicite deum celi quia fecit nobiſcū miſericoꝛdiam ſuam. Alleluia. V. Benedictus es domine deus patrum noſtroꝛum: et laudabilis in ſecula. Alleluia. V. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. Sequentia.

BEnedicta ſit ſancta trinitas/ deitas eterna coequalis gloꝛia. Deus genitoꝛ/ deus genitus/ cum ſacro pneumate permanens ſuper omne quod extat. Quibus eſt vna ſemper voluntas/ et a ſe diſcrepās nūꝙ triplicata perſona. Nam conſtat deitas vna/ non in tres deos diuiſa: quod fides fatetur a chꝛiſto oꝛthodoxe tradita. Hec nanqꝫ pellit delicta/ patriam reddit ſerenam: cui dulcem iubilāt agmina ſymphoniam celica. Alteri choꝛo veſtigia imitant ſtolis candidata. Operiſiturqꝫ binas quas capiant poſt ſecli diſcrimina. Et nos quos illuſtrat gratia ſupera/ demus noſtra debita. Quatenus caterua nobis celica maneat poſt funera ſocia: vltimoqꝫ peracto diſcrimine poſſimus altis perfrui moꝛ palatijs. Quo perſpicua lux flagrat/ accenſa conſtanti flamma que deꝰ eſt/ viſio noſtra et ſalus eterna. Angeloꝛum que illuſtrat foꝛtiter pectoꝛa: vt in chꝛiſto ſolo ſua deſigant lumina. Hec nanqꝫ eſt ſtella ſitis flagrans qua tunc ſitient anime ſanctoꝛum et coꝛpoꝛa. Cum finaliter data perpetua bonis erunt a iudice pꝛemia. Secundum Johannem.

Joh. xv. D

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus/ quem ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis qui a patre pꝛocedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt non ſcandalizemini. Abſqꝫ ſynagogis facient vos. Sed venit hoꝛa vt omnis qui interficit vos/ arbitretur obſequium ſe pꝛeſtare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neqꝫ me. Sed hec locutus ſum vobis: vt cum venerit hoꝛa eoꝛum/ reminiſcamini quia ego dixi vobis. Offer. Benedictus deus pater/ vnigenitusqꝫ dei filius/ ſanctus quoqꝫ ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericoꝛdiam ſuam. In paſchali tēpoꝛe alla. Secre.

SAnctifica queſumus dn̄e deus trinitas ſancta per tui ſancti nominis inuocationem huius oblationis hoſtiam: et cooperante ſpiritu ſancto/ ꝑ eam noſmetipſos tibi perfice munus eternum. Qui viuis. In vnitate eiuſdem. Pꝛefatio. Qui cū vnigenito. Cōmunio. Benedicimus deum celi: et coram omnibus viuentibus confitebimur et quia fecit nobiſcum miſericordiā ſuam. In tempore paſchali alleluia alleluia. Poſtcommunio.

Proficiat nobis ad ſalutē corporis ⁊ anime dñe deꝰ huius ſacramenti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis | eiuſdemq; indiuidue vnitatis confeſſio In qua viuis et regnas deꝰ. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē. ¶ In cōmemoratione ſcti ſpūs. Ad miſſam. Introitꝰ.



Spiritus dñi repleuit orbem terrarum alleluia | ⁊ hoc qđ cōtinet omnia ſcientiam habet vocis all'a all'a all'a. Ps. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Orō.

Deus q̄ corda fideliū ſancti ſpiritꝰ illuſtratiōe docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere | ⁊ de eius ſemp cōſolatione gaudere. Per dñm nr̄m ieſum xp̄m filiū. in vnitate eiuſdē. ¶ Lect̄ act. apłoꝝ.

Cap. 8. C. In diebꝰ illis: Cū audiſſent apoſtoli qui erāt hieroſolymis qꝛ recepiſſet ſamaria verbū dei: miſerunt ad eos petrū et iohānem. Qui cum veniſſent: orauerunt pro ipſis vt acciperēt ſpiritū ſanctū. Nondum enim in quenq̄ illoꝝ venerat: ſed baptizati tantū erāt in nomine dñi ieſu. Tūc imponebāt manus ſuper illoꝝ: ⁊ accipiebāt ſpiritū ſanctū. Grad. Beata gens cuiꝰ eſt dominꝰ deus eorum: populꝰ quē elegit in hereditatē ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt: et ſpū oris eius omnis virtus eorū. Alla. ℣. Veni ſctē ſpūs | reple tuorū corda fideliū: ⁊ tui amoris in eis ignē accēde. In tpe paſc. primū Alla. ℣. Emitte ſpm̄. ſcdm̄ Alla. ℣. Veni ſancte. vt ſupra. Sequētia.

Sancti ſpiritꝰ aſſit nobis gratia. Que corda noſtra ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cūctis vitijs ſpiritalibus. Spūs alme illuſtrator omniū. Horridas nr̄e mentis purga tenebras. Amator ſctē ſenſatorū ſemper cogitatuū. Infunde vnctionē tuam clemens noſtris ſenſibus. Tu purificator omniū flagitiorū ſpiritus. Purifica noſtri oculum interioris hominis. Vt videri ſupremus genitor poſſit a nobꝭ. Mundi cordis quem ſoli cernere poſſunt oculi. Prophetas tu inſpiraſti: vt preconia xp̄i per totū mundū veherēt. Quādo machinam per verbū ſuū fecit deus celi terre marium. Tu ſuper aquas foturus eas numē tuum expandiſti ſpūs. Tu animabꝭ viuificandis aquas fecundas. Tu aſpirādo das ſpiritales eſſe homines. Tu diuiſum p linguas mūdum ⁊ ritus adunaſti dñe. Idolatras ad cultum dei reuocas magiſtroꝝ optime. Ergo nos ſupplicātes tibi exaudi propitius ſctē ſpūs. Sine quo precēs oēs caſſe creduntur | et indigne dei auribꝰ. Tu qui omnium ſeculoꝝ ſanctos. Tui nominis docuiſti inſtinctu amplectendo ſpūs. Ipſe hodie apłos chriſti donãs munere inſolito/ et cunctis inaudito ſeculis: hũc diẽ glorioſum feciſti. S. Johã.

ap. iij. IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonem meũ ſeruabit. Et pater meus diliget eum: ⁊ ad eũ veniemus: ⁊ manſionez apud eũ faciemus. Qui non diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonez quem audiſtis nõ eſt meꝰ: ſed eius q̄ miſit me patris. Hec locutꝰ ſuz vobis: apud vos manẽs. Paraclitus autẽ ſpiritusſanctꝰ quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia ⁊ ſuggeret vobis omnia quecũqꝫ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meã do vobis. Non quomodo mũdus dat ego do vobis. Non turbetur cor veſtruz: neqꝫ formidet. Audiſtis q̄r ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me/ gauderetis vtiqꝫ quia vado ad patrem: q̄r pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſq̄ fiat: vt cuz factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiſcuz. Venit enĩ princeps mundi huius: et in me non habet quicquã. Sed vt cognoſcat mundus q̄r diligo patrez: et ſicut mandatũ dedit mihi pater/ ſic facio. Offer. Confirma hoc deus quod operatꝰ es in nobis a tẽplo tuo quod eſt in hieruſalem: tibi offerẽt reges munera allã. Secr.

MUnera queſumus domine oblata ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti ſpiritꝰ illuſtratione emunda. Per dñm. eiuſdem. Prefatio. Qui aſcendẽs. Non dicitur in hac prefatione hodierna die. niſi in hebdo. pẽteco. tantum. Cõio. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis/ vbi erant ſedẽtes alleluia: ⁊ repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto loquentes magnalia dei alleluia alleluia. Poſtcommunio.

SAncti ſpiritꝰ domine corda noſtra mundet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſiõe fecundet. Per dñz. in vnitate eiuſdẽ.



¶ Miſſa de cruce. Introit.

NOs autẽ gloriari oportet in cruce domini nr̄i ieſu xp̄i: in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio noſtra/ per quem ſaluati ⁊ liberati ſumus. In tempore paſchali alleluia alleluia. Ps. Deus miſereatur noſtri ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos et miſereatur noſtri. Non dicitur Gloria in excelſis deo. Oratio.

DEus qui vnigeniti filii tui domini noſtri ieſu xp̄i precioſo ſanguine viuifice crucis vexillum ſanctificare voluiſti: concede queſumus eos qui eiuſdem ſancte crucis gaudent honore/ tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione gaudere. Per eundem.

¶ Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli. Ad philippenſes.

Cap. ij. A FRatres. Chriſtus factus eſt ꝓ nobis obediens vſqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illũ: et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine ieſu omne genu flectatur: celeſtium/ terreſtrium/ ⁊ infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus noſter ieſus xp̄s in gloria eſt dei patris. Gradale. Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſqꝫ ad mortẽ/ mortẽ aũt crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Alleluia. Ꝟſus. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera: que ſola fuiſti digna ſuſtinere regem celorum et dominum. In tempore paſchali ſecundum Alleluia. ℣. Nos autem gloriari oportet in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i. Sequẽ.

SAlue crux ſancta arbor digna. Cuius robur precioſum mundi fert talentum. Vt hoſtis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodqꝫ exortus mortis primis erat terrigenis paradiſo propulſis. Cauſa etiam vite foret cunctis chriſti morte vere viuificandis. Horrificum tu es ſemper ſignũ inimicis crux ſancta ſeuis. Quam mors pauet infernuſqꝫ timet: que chriſto ſuos reconſignas. Cui laus ſit in euum. Amen.

¶ Euangeliũ ſcdꝫ Mattheũ.

Cap. xx. B IN illo tempore. Aſcendẽs ieſus hieroſolymam/ aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ⁊ ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymam: et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum ⁊ ſcribis: ⁊ cõdemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum: ⁊ crucifigendum. Et tertia die reſurget. Offertorium. Protege domine plebem tuam per ſignum ſancte crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem/ et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. In tempore paſchali alleluia. Secreta.

HEc oblatio (queſumus domine) ab omnibꝰ nos purget offenſis: que in ara crucis immolata etiam totius mundi tulit offenſas. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filiũ tuũ. Qui tecum viuit et regnat ⁊c. Prefatio. Qui ſalutem. Communio. Per lignum ſerui facti ſumus: et per ſanctam crucem liberati ſumus: fructus arboris ſeduxit nos/ filius dei redemit nos alleluia. ⁊ finiatur cum alleluia. quandocunqꝫ dicitur: niſi a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Poſtcommunio.

ADeſto nobis domine deus noſter: et quos ſancte crucis letari facis honore/ eiꝰ quoqꝫ perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus ⁊c.

¶ Officium miſſe de quinqꝫ vulneribus domini noſtri ieſu chriſti. Introitus.



Humiliauit ſemetipſum dominus noſter ieſus chriſtus vſqꝫ ad mortē/ mortem autē crucis: propter quod et deꝰ exaltauit illum/ et donauit illi nomen qđ eſt ſuper omne nomen. ps. Miſericordias domini: in eternum cantabo. et dicitur Gloria in excelſis. niſi per aduentum et a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Oratio.

Domine ieſu chriſte fili dei viui/ qui de celo ad terrā de ſinu patris deſcendiſti: et in ligno crucis quinqꝫ plagas ſuſtinuiſti: et ſanguinem tuū precioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum effudiſti: te humiliter deꝑcamur vt in die iudicij ad dexteram tuam ſtatuti a te audire mereamur: venite benedicti in regnū patris mei. Qui cum eodem patre in vnitate ſpiritus ſcti viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorū. ¶ Lectio zacharie ꝓphete.

Cap. xij. C

Hec dicit dominus deus. Effundam de ſpiritu meo ſuper domum dauid: et ſuꝑ habitatores hieruſalem ſpiritum gratie et miſerationis. Et aſpicient in eū quem confixerunt/ et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum: et dolebunt ſuꝑ eū vt doleri ſolet in morte ꝓmogeniti. In die illa erit plāctus magnꝰ in hierl'm; et dicent ei. Que ſunt iſte plage in medio manuū tuarū? Et dicetis. His plagatus ſū in domo eorū q me diligebāt. Framea ſuſcitare ſuper paſtorē meū: ⁊ ſuꝑ virū coherentē michi. dicit dñs exercituū. Percutiā paſtorē: ⁊ diſpergētur oues gregis. Dicit dñs oipotens. ℟. Impioperiū expectauit cor meū ⁊ miſeriā: ⁊ ſuſtinui q ſimul cōtriſtaretur ⁊ nō fuit: cōſolātem me queſiui ⁊ non inueni. ℣. Et dederunt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Alleluia. ℣. Aue rex noſter ieſu xpe: q ſolus nr̄os errores et reatꝰ miſeratꝰ ꝯtuliſti: patri obediēs ductꝰ es ad crucē: vt agnꝰ māſuetus ad occiſionē: tibi gl'ia oſanna: tibi ſūme laudis ⁊ honeſtatꝫ corona. Seq.

Cenā cū diſcipulis xpe celebraſti/ ⁊ mortē apl'is palā nūciaſti: ⁊ auctorē ſceleris iudā demōſtraſti/ ⁊ egreſſus ꝓtinus ortulū intraſti. Tūc procidēs dñs humo ſe ꝓſtrauit: ⁊ trāſferri calicē a ſe poſtulauit: ſed patris arbitrio illud cōmendauit/ ⁊ ecce mox ſanguinis ſudor emanauit. Judas poſt hec oſculum ori dedit xpi: ad qđ (inquit dñs) amice veniſti? numqđ tradis oſculo quē iā vēdidiſti? alliſtētes ꝓtinus iniiciūt miniſtri. Nox inſomnis itaqꝫ tota ducebaꝶ/ nulla prorſus requies ieſu ꝑſtabaꝶ: iudeorū ipſa plebs iniuriaꝶ/ alapis ⁊ colaphis inocēs mactaꝶ. Dñm ieſū eripe pilatꝰ conatur/ barabbāqꝫ p̄ferre latronē hortaꝶ: iudeorū furia magis inflāmaꝶ: ⁊ plebis vox itonat vt crucifigaꝶ. Traditur militibus

bus/vinculis artat̄: vndiqꝫ verberibus corpus cruentatur: caput regis glorie ſpinis coronatur/poſtqꝫ fletis genibus quiſquis irritatur. Ecce caro tenera pij ſaluatoris/ad colūnā nequiter coartat̄ loris: ſic flagellis cedit̄ impij tortoris/q̄ emanāt riuuli vndiqꝫ cruoris. Poſt per vrbis medium ieſus procedebat/ ⁊ crucis patibulum humeris ferebat: ad fores et oſtia populus fluebat/ eiuſqꝫ confuſio omnibus patebat. Ad pudoris cumulū ieſu denudaris/ventoqꝫ cum frigore nudus ſpoliaris/innocēs cum impijs in crucem damnaris/et quaſi dux ſceleris medio locaris. Tenſis ligno brachijs manus conclauātur/chriſti mēbra crucib⁹ chordis alligantur: nerui vene ſimili modo laniantur/pedum plante etiam ferro terebrantur. Fūdunt riuos ſanguinis membra ſaluatoris: properet huc anima triſtis peccatoris: hauriat vt q̄ppiam ſacrati liquoris: quo frequēter liniat vulnera doloris. Loquēs ieſus poſtea ſitio dicebat: ⁊ acetū protinus felle q̄s miſcebat: ac infuſum ſpongia ori porrigebat: quod deguſtans paululū ſumere nolebat. Mi ieſu mirifice quid eſt q̄d aiebas? tu de ſiti conquerens de cruce ſilebas: nunquid hanc doloribus magis ſentiebas? ſed ſalutem potius noſtram ſitiebas. Vocē promens vltimam patrem inuocaſti: ſpiritūqꝫ manibus ei⁹ commendaſti: et clamore valido tandem expiraſti: et ſalutē omnium ita conſummaſti. Nunc ego ſuperbio/tu humiliaris: ego culpas perpetro/tu pena grauaris: ego pomum mordeo/tu felle potaris: ego pero mollia/ tu dure tractaris. Demum cui⁹ valeat mens vel lingua fari/ quantum virgo creditur intus cruciari/dum concernit mortui latus vulnerari: atqꝫ nati viſcera lancea rimari? Corpus cui⁹ mortuū iam nil ſentiebat: ſed militis lancea pectus conſcindebat/ quā fixam in latere filij videbat/ vnde aqua ſanguine mixta effluebat. Ad hunc ergo propera fontem redemptoris: vt fluentis quippiam haurias dulcoris: atqꝫ vite lauacrum precium cruoris/quo tui curatio profluat lāguoris. Tract⁹.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meam de gentē non ſancta: ab hoīe iniquo et doloſo erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repuliſti: ⁊ quare triſtis incedo/dum affligit me inimicus?

Proconſul egeas patras ciuitatē ingreſſus: cepit cōpellere in chꝛiſto credētes ad ſacrificia idoloꝛum. Cui occurrens ſanctus andꝛeas: dixit. Opoꝛtebat vt tu qui iudex hominum eſſe ꝯpꝛobaris: iudicē tuū qui in celis eſt cognoſceres / et agnitum coleres / ⁊ colēdo eum qui verus eſt deus ab his qui veri dij non ſunt animum reuocares. Cui egeas dixit. Tu es andꝛeas qui deſtruis templa deoꝛum: et ſuades hominibus hāc ſuperſtitioſam ſectam / quā nuper detectā romani pꝛincipes exterminare iuſſerunt.

1 ℟. Dū perambularet dominus iuxta mare ſecus littus gallilee: vidit petrum et andream retia mittentes in mare / et vocauit eos dicens. Venite poſt me / faciam vos piſcatoꝛes hominum. ℣. Erant enim piſcatoꝛes: et ait illis. Venite poſt. Lectio ſecunda.

Andꝛeas reſpōdit. Romani pꝛincipes nondum cognouerunt veritatem: ⁊ hoc quod pꝛo ſalute hominum veniēs dei filius docuerit iſta idola nō ſolum deos non eſſe: ſed eſſe demonia peſſima / et inimica hūano generi. Que etiam hoc doceāt homines vnde offendant deus: vt dū offenſus fuerit auertatur et non exaudiat: et cū auerſus fuerit ⁊ nō exaudierit / habeantur cum diabolo ⁊ ipſi captiui. Et tā diu eos deludat / quouſqꝫ de coꝛpoꝛe exeāt rei ⁊ nudi: nihil ſecū pꝛeter peccata poꝛtantes. Egeas dixit. Iſta ſuperſtitioſa ⁊ vana ſunt verba. Nam ieſus veſter dum hec pꝛedicaret: iudei illū crucis patibulo affixerunt. Andꝛeas reſpondit. O ſi velis ſcire myſteriuꝫ crucis: quā rationabili charitate auctoꝛ humani generis / pꝛo reſtauratione noſtra hoc crucis patibulum non inuitus / ſed ſpontaneꝰ ſuſceperit.

℟. Mox vt vocem domini pꝛedicantis audiuit beatus andreas: relictis retibus quoꝛum vſu actuqꝫ viuebat. Eterne vite ſecutus eſt pꝛemia largientem. ℣. Ad vnius iuſſionis vocem relictis retibꝰ beatꝰ andreas. Eterne vite. Lectio. iij. 2

Egeas dixit. Cū traditus aſſeratur hic a ſuo diſcipulo: ⁊ a iudeis tentus: et pꝛeſidi adductus: ⁊ ad petitionem iudeoꝛum a militibus pꝛeſidis crucifixus: quomodo tu dicis eum ſpontaneum crucis ſubijſſe patibulum? Andꝛeas reſpōdit. Ideo dico eum ſpontaneū: quoniam ſimul cum illo fui cuꝫ a ſuo diſcipulo traderetur. Et anteꝗ̃ traderetur / dixit nobis ꝙ tradendus eſſet et crucifigēdus pꝛo ſalute hominum: et tertia die reſurrecturum ſe eſſe ꝓdixit. Egeas dixit. Miroꝛ te pꝛudentē hominē virū iſtū velle ſectari / quē quouis pacto (aut ſpōte aut inuitū) cruci tu cōfi

5 teris affixum. ℟. Homo dei ducebatur ut crucifigeretur: populus autē clamabat voce magna: dicens. Innocens eius ſanguis ſine cauſa dānatur. ℣. Cumqꝫ carnifices ducerent eum ut crucifigeretur: factus eſt concurſus populoꝛum clamantium et dicentium. Innocens. Gloꝛia patri. Innocens. In tertio nocturno aña. Cum perueniſſet beatus andreas ad locū ubi crux parata erat: videns eā a longe exclamauit voce magna dicens: ſalue crux que in coꝛpoꝛe chꝛiſti dedicata es: et ex mēbꝛis eius tanꝙ margaritis oꝛnata. Ps. Omnes gētes. aña. Anteꝙ te aſcenderet dominus noſter o beata crux, timoꝛem terrenum habuiſti: modo vero amoꝛē celeſtem obtinens pꝛo voto ſuſciperis. Ps. Exaudi deus depꝛecationem. An. Amatoꝛ tuus ſemper fui, et deſideraui te amplecti o bona crux. Ps. Exaudi deus oꝛationē meā cū depꝛecoꝛ. ℣. Cōſtitues eos. ℟. iiij.

Andꝛeas reſpondit. Hoc eſt quod etiam me dixiſſe iam retines. Magnum eſt myſterium crucis: quod ſi volueris audire referam. Egeas dixit. Myſterium nō poteſt dici: ſed ſupplicium. Andꝛeas reſpōdit. Ipſum ſupplicium myſterium reſtaurationis eſſe humani generis (ſi patienter audias) compꝛobabo. Egeas dixit ad beatū andꝛeam. Ego quidē patiēter te audiam: ſed ſi tu me obtemperanter nō audias, ipſum myſterium crucis in teipſum retoꝛquebo. Andꝛeas reſpondit. Ego ſi patibulum crucis expaueſcerem: crucis gloꝛiam non pꝛedicarem. Egeas dixit. Inſanus eſt ſermo tuus: ſuppliciū crucis pꝛedicas gloꝛiam, quia per audaciam penā moꝛtis non times. Andꝛeas reſpondit. Nō per audaciam: ſed per fidē non timeo penam moꝛtis. Moꝛs enim iuſtoꝛum ꝑcioſa eſt: moꝛs vero peccatoꝛum peſſima. ℟. Doctoꝛ bonus et amicus dei ducitur ad crucē: aſpiciens a longe vidit crucem: ſalue crux. Suſcipe diſcipulum eius qui pependit in te magiſter meꝰ chꝛiſtus. ℣. Salue crux que in coꝛpoꝛe chꝛiſti dedicata es: et ex membꝛis eius tanꝙ margaritis oꝛnata. Suſcipe diſcipu. Lectio quinta. 4

Egeas dixit. Iſta verba tilis narrare potes qui tibi credunt: mihi autē nequaꝙ. Quia niſi ad hoc conſentias ut ſacrificium diis omnipotētibꝰ offeras: in ipſa cruce quam laudas te fatigatum affigi pꝛecipiam. Andꝛeas reſpondit. Omnipotenti deo qui unus et verꝰ eſt: ego omni die ſacrifico. Nō thuris fumum, nec tauroꝛū mugientium carnes, nec hircoꝛum ſanguinem: ſed immaculatum agnum quotidie in altari crucis ſacrifico. Cuiꝰ carnes poſteaꝙ omnis populus manducauerit, et ſanguinem eius biberit: tamen integer permanet et immaculatus et viuus. Egeas dixit. Quomodo poteſt hoc fieri? Andꝛeas reſpondit. Si vis ſcire quomodo poteſt fieri: aſſume foꝛmam diſcipuli ut poſſis diſcere quod queris. Egeas dixit. Ego a te toꝛmentis exigā

5 huius rei notitiam. ℟. O bona
crux que decorem ⁊ pulchritudinem
de membris dñi ſuſcepiſti: accipe me
ab hominibus ⁊ redde me magiſtro
meo. Ut per te me recipiat qui per te
me redemit. ℣. Securus ⁊ gaudẽs
venio ad te ita vt ⁊ tu exultans ſuſci-
pias me. Ut per te. Lectio ſexta.

Andreas reſpõdit. Miror
te hominem prudẽtem ad
tantam ſtultitiã deuolutum: vt
putes tormentis me tibi ſacrifi-
cia diuina pandere. Tunc ira-
tus egeas iuſſit eum in carcerẽ
trudi: vbi per totam noctem ad
patientiam ⁊ pacem habẽdam
populũ admonuit. Egeas poſt-
ea ſedens pro tribunali/ iuſſit
adduci ad ſe ſanctum andream:
cui et dixit. Exiſtimaui te no-
cturna cogitatione reuocare a-
nimũ a ſtultitia/ ⁊ a chriſti tui
laude ceſſare: vt poſſis nobiſcũ
non amittere gaudia vite. An-
dreas reſpondit. Audi me fili
mortis: ſeruũ ⁊ apoſtolum ieſu
chriſti. Nunc vſqꝫ mitius tecuꝫ
egi pro cẽſura fidei: vt rationis
capax idola contẽneres/ ⁊ deũ
qui ĩ celis eſt adorares. ℟. Ora-
6 uit ſanctus andreas dum aſpiceret ce-
lum: voce magna clamauit ⁊ dixit: tu
es deus meus quẽ vidi. Ne me patia-
ris ab impio iudice deponi. Quia vir-
tutem ſancte crucis agnoui. ℣. Tu
es magiſter meus chriſtus: quem di-
lexi/ quem cognoui/ quem confeſſus
ſum: tantummodo in iſta voce me ex-
audi. Ne me. Gloria patri. Quia vir.
In tertio nocturno an. Acceden-
tes carnifices leuauerunt eum in cru-
ce: et extendentes funibus totũ cor-
pus eius/ ſicut eis iuſſum fuerat ſuſ-
penderunt. Ps. Confitebimur. An.
Omnis interea populus conclamabat
dicens virum ſanctum/ pudicum/ or-
natum moribus/ bonum doctorem/
pium/ modeſtum/ rationabilem non
debere hoc pati: ſed debere de cruce
deponi. Ps. Dominus regnauit
exultet. An. Tunc ſanctus andreas
ait: iam regem meum video/ iam ad-
oro/ iam in eius conſpectu conſiſto.
Ps. Dñs regnauit iraſcantur. ℣.
Nimis honorati. ¶ Scdm Matheũ.

In illo tẽpore. Ambulans
ieſus iuxta mare galilee Cap. iiij. C
vidit duos fratres: ſimonẽ qui
vocatur petrus/ et andreã fra-
trem eius mittẽtes rete in ma-
re: erant enim piſcatores. Et
reliqua. Homelia beati Grego-
rii pape. Non dicitur de eadẽ
lectione. quod per totum an-
num obſeruetur ſecundũ vſum
Sariſburienſem. Lectio. vii.

Audiſtis fratres chariſſimi qꝛ
ad vnius iuſſionis vocem/ pe-
trus ⁊ andreas relictis retibus
ſecuti ſunt redemptorem. Nul-
la vero hunc facere miracula
adhuc viderant: nihil ab eo de
premio eterne retributiõis au-
dierant: et tamen ad vnum do-
mini preceptum hoc quod poſſi-
dere videbantur obliti ſunt.
Quanta nos eius miracula vi-
demus: quot flagellis affligi-
mur: quantis minarum aſperi-
tatibus deterremur: et tamen
vocantem ſequi contẽnimus.
℟. Expandi manus meas tota die 7
in cruce ad populum non credentem
ſed contradicentem mihi. Qui am-

bulant vias non bonas: ſed poſt peccata
ſua. ℟. Deus vltionum dominꝰ
deus vltionum libere egit: exaltare
qui iudicas terraꝫ: ⁊ redde retributionem
eorum ipſis. Qui. Lec. viii.

In celo enim iam ſedet q̄
de conuerſione nos admonet.
Jam enim iugo fidei colla
gentium ſubdidit: iam mundi
gloriaꝫ ſtrauit. Jam ruinis eiꝰ
crebreſcentibus diſtricti ſui iudicij
diem propinquantem denunciat:
et tamē ſuperba mēs
noſtra non vult hoc ſponte deſerere/
qđ quotidie perdit inuita.
Quid ergo (fratres chariſſimi)
quid in eius iudicio dicturi
ſumus: qui ab amore preſentis
ſeculi nec preceptis flectimur/
nec verberibus emendamur.
8 Tu autē dñe. ℟. Dilexit andreā
dominus in odorem ſuauitatis: dum
penderet in cruce dignum ſibi cōpulauit
martyrem quem vocauit apoſtolum
dum eſſet in mari. Et ideo amicꝰ
dei appellatus eſt. ℣. Vir iſte in populo
ſuo mitiſſimus apparuit ſanctitate
et gratia plenus. Et ideo. Lec. ix.

Sed fortaſſe aliquis ſecū
tacitis ſermonibꝰ aut cogitationibus
dicat. Ad vocem
dominicam vterqꝫ iſte piſcator
quid aut quātum dimiſit: q̄ pene
nihil habuit. Sed hac in re
fratres chariſſimi affectum potius
debemus penſare q̄ cenſum.
Multum reliquit: qui ſibi
nihil retinuit. Multum reliq̄t:
qui q̄tūlibet parum totum deſeruit.
Certe nos ⁊ habita cuꝫ
amore poſſidemus: ⁊ ea que minime
habemꝰ ex deſiderio querimus.
Multum ergo petrus ⁊
andreas dimiſit: quādo vterqꝫ
etiam deſiderium habendi dereliquit.
Multum dimiſit: qui
cum re poſſeſſa etiam concupiſcentijs
renunciauit. A ſequentibus
ergo tanta dimiſſa ſunt:
quanta a non ſequentibus concupiſci
potuerunt. Tu autem. 9
℟. Vir iſte in populo ſuo mitiſſimus
apparuit/ ſanctitate autem et gratia
plenus: iſte eſt qui aſſidue orat pro
populo et pro ciuitate iſta. ℣. Pro
eo vt me diligerent detrahebant mihi:
ego autem orabam. Pro po. Gloria
patri. Pro populo. Si infra aduentum
hoc feſtum contige. nō dicatur
Te deum. ſed repetatur
℟. Vir iſte. Et ſi infra aduē. cōtige.
non thurificet nec altare
nec chorꝰ ſicut ſolet fieri in duplicibus
feſtis. ℣. Dilexit andreā
dominus. ℟. In odorem ſuauitatis.
In laudibus. An. Salue crux precioſa: 1
ſuſcipe diſcipulum eius qui pependit
in te magiſter meus xp̄s. Ps.
Dominus regnauit. An. Beatus 2
andreas orabat dicens: domine rex
eterne glorie ſuſcipe me pendentem
in patibulo. Ps. Jubilate. An. Nō 3
me permittas domine famulum tuū
a te ſeparari: tempus eſt vt commendes
terre corpus meū. Ps. Deus deus
meus. An. Maximilla chriſto amabilis 4
tulit corpus apoſtoli: optimo
loco cum aromatibus ſepeliuit. Ps.
Benedicite. An. Qui perſequebatur 5
iuſtum demerſiſti eum domine in
infernum: et in ligno crucis dux iuſti
fuiſti. Ps. Laudate. Cap. Corde
creditur. Hyꝰ. Exultet celū. ℣.
Annunciauerunt opera dei. ℟. Et fa

cta eius intellexerunt. Añ. Concede nobis hominē iuſtū: redde nobis hominem ſanctum: ne interficias hominem deo charum/ iuſtum/ manſuetū et pium. ps. Benedict⁹. oꝛo. Maieſtatem. Memoꝛia fiat de aduētu et de ſancta maria ad matutinas et ad miſſam ꝛ ad veſperas ſi infra aduētum hoc feſtum euenerit. Ad pꝛimam. Añ. Salue crux. ps. Deus in nomine. Añ. Gratias. ps. Quicūq̄. Ad. iij. Añ. Beatus andreas. ps. Legē pone. ca. Coꝛde creditur. ℟. et ℣. de communi vnius apoſtoli ad omnes hoꝛas dicantur cum oꝛatione de die. Ad ſextam. Añ. Non me permittas. ps. Defecit. ca.

Non enim eſt diſtinctio iudei et greci: nam idem dominus omniū diues in omnes qui inuocant illum. Ad nonam. Añ. Qui perſequebatur. ps. Mirabilia teſtimonia. Capitulum.

Omnis quicunq̄ inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Ad ſecundas veſperas. Añ. Salue crux. ps. Dixit dominus. et ceteri ps. de apoſtolis. ca. Coꝛde creditur. ℟. Uir perfecte pietatis et dux innocentie / tua feſta celebꝛantis vota plebis ſuſcipe. Et aſtantes laudis tue ſeruulos officio / pꝛecibus tuis coniunge ſanctoꝝ collegio. ℣. Imitatoꝛ ieſu chꝛiſti ſub crucis patibulo: nos andrea fac conſoꝛtes celi contubernio. Añ. Finito reſponſo. dum ℣. canitur eant rectoꝛes choꝛi in ſuperioꝛi gradu et ex vtraq̄ parte principales in ſecūda foꝛma et dicāt ad ſingulos clericos Uiſe ad pꝛoſam.

His itaq̄ peractis exuant cappas nigras ꝛ almutias omnes qui volunt/ ad pꝛoſam cantandam. Cantetur autem pꝛoſa in ſtatione puerorum in ſuperpelliceijs ex vtraq̄ parte: ita tamē q̄ rectoꝛes choꝛi pꝛincipales in medio choꝛi ad altare ſtent conuerſi. Secundarij vero ad gradum choꝛi ad clerum ſtent conuerſi. Inter quos eodem modo ſtent tres clerici qui ℣ſū. ꝛ ℟. cantauerunt. et omnes dicant pꝛoſam ſimul: et ad vnumquēq̄ ℣. reſpon. cho. cantum pꝛoſe ſup vltimam vocalē p̄mi ℣ſū. cho. interim ſedente. Hoc eodē modo dicuntur pꝛoſe per totum annum: tam ad veſperas q̄ ad matutinas. Ad matutinas vero p totum annum non dicitur pꝛoſa: niſi ſolummodo in die ſancti nicolai: et in hebdo. nata. domini ſcȝ in die ſancti ſtephani/ ſancti iohannis/ et ſanctoꝛum innocentium vbi non fit pꝛoceſſio. De ſancto andꝛea / dicitur pꝛoſa hoc modo. Pꝛoſa.

Omnium doctoꝛ egregie q̄ triūphas egens hodie. ℣. Felici gaudes in requie inter ciues eterne patrie. ℣. Aſſis pꝛopitius huic familie. ℣. Que tue recolit diem victoꝛie. ℣. Spemq̄ donans miſericoꝛdie. ℣. Nos domini commenda gratie. Et aſtan. Omnes clerici qui pꝛoſam cantauerunt. ſimul dicant Gloꝛia patri. ad altare conuerſi ſinguli in ſua ſtatione: quod per totū annum obſer. poſt pꝛoſam cantando Gloꝛia patri. Et aſtan. ℣ſ. Exultet celum. ℟. Annunciauerunt ope.

An. Domine ieſu chriſte magiſter bone
ſuſcipe ſpiritum meum in pace: qꝛ
iam tempus eſt vt veniam deſiderãs
te videre. ps. Magnificat. oratio.
Maieſtatem tuam. Si hoc feſ.
in do. aduen. domini contigerit.
ſemper differatur in craſtinũ. Licet
feſ. loci fuerit. Et quãdo feſtũ
ſancti andree ſic differ. tũc
in dominica erunt veſpere de
de feſ. et ſolen. memor. de do. et
poſtea de ſancta maria. Si vero
in ſabbato ante aduentũ hoc
feſtũ cõtige. ibi celebretur: veſpe.
tamen de do. ſtant licet feſtum
loci fuerit/ et ſolen. memoria
de feſt. et de ſancta maria.
Quãdo feſ. ſancti andree in. v.
feria ante aduen. do. contige.
tunc in. vi. fe. ſcz in craſtino/ ſiat
hoc modo ſeruitium. Ad matutinas
inuitatoriũ. Dilexit andream
dominus in odorẽ ſuauitatis.
Dum penderet in cruce. ps. Venite.
hyꝰ. Andrea pie. ps. Annue xp̄e.
1 An. Uidit dominus petrum ꝛ andream:
et vocauit eos. ps. Celi enarrant.
2 An. Venite poſt me dicit dñs:
faciam vos fieri piſcatores hominũ.
ps. Benedicam.
3 An. Relictis retibus
ſuis ſecuti ſunt dominum redẽptorem.
ps. Eructauit.
4 An. Andreas chriſti famulus dignus dei apoſtolus:
germanus petri et in paſſione ſocius.
ps. Omnes gentes.
5 An. Dignum ſibi dominus computauit martyrem
quem vocauit apoſtolum dum
eſſet in mariallã. ps. Exaudi deus
deprecã.
6 An. Ego ſi patibulum crucis
expaueſcerem; crucis gloriam nõ
predicarem. ps. Exaudi deus orationem.
7 An. Chriſtus me miſit ad
iſtã prouinciã vbi non paruũ ei populũ
acquiſiui. ps. Confitebimur.
8 An. Salue crux que in corpore chriſti
dedicata es/ et ex membris eiꝰ tanquã
margaritis ornata. ps. Dominꝰ
9 regnauit exul. An. Biduo viuens
pendebat in cruce pro xp̄i nomine beatꝰ
andreas: et docebat populos. ps. Dominus
regnauit iraſcãtur. ℣.
In omnem terram. Lectio prima.

Accedentes carnifices leuauerunt eum in cruce: et extendentes funibus/ totũ corpus eius ſicut eis iuſſum fuerat ſuſpenderunt. Sicqꝫ biduo pendens in cruce: confortabat mentes credẽtium in domino. Aſtabãt vero turbe fere viginti milia hominum: inter quos erat frater egee ſtratocles nomine: qui ſimul clamabat cum populo/ iniuſto iudicio ſanctuꝫ virum hoc pati. Interea vadit omnis populus cuꝫ clamore ad domum egee: omneſqꝫ pariter clamantes et dicentes virũ ſanctum/ pudicum/ ornatum moribus/ bonum doctorem/ piũ/ modeſtum/ rationabilem nõ debere hoc pati: ſed debere de cruce deponi/ quia iam ſecũda die in cruce poſitus veritatem predicare non ceſſat. Tu autẽ. ℟. Dum perambularet. Lectio ſecũda.

Tunc egeas expaueſcens populum: promittens ſe velle eũ deponere ſimul cepit ire. Quẽ videns ſanctus andreas dixit. Cur tu ad nos egea veniſti? Si vis credere in chriſtum: aperietur tibi via indulgentie ſicut p̄miſi. Si autem veniſti ad hoc tantum vt me ſoluas: ego penitus de iſta cruce viuens in coꝛpoꝛe deponi non potero. Iã enĩ regem meum video / iam adoꝛo / iam in eius conſpectu conſiſto. Et tuis miſerijs cõdoleo: quia paratus te expectat interitus. Cura pꝛo te miſer dũ adhuc potes: ne tunc incipias velle cum non poteris. Tu autẽ. ℟. Mox vt voce. Lectio tertia.

Mittentes manus ad crucem carnifices / non poterant cõtingere eum. Et ſubinde alij ⁊ alij ingerebant ſe vt ſoluerent eum / et nullus pertingere eum poterat. Stupebãt enĩ bꝛachia eoꝛum: quãcunqꝫ ſe extendiſſent ad ſoluendum eum. Tunc voce magna ſanctus andꝛeas ait. Domine ieſu chꝛiſte magiſter bone / iube me de iſta cruce non deponi: niſi ante ſuſcipias ſpiritũ meum. Et cum hoc dixiſſet videntibꝰ cunctis ſplendoꝛ nimiꝰ ſicut fulgur de celo veniens ita circundedit eum: vt penitus pꝛe ipſo ſplendoꝛe oculi humani eũ non poſſent aſpicere. Cũqꝫ permanſiſſet ſplẽdoꝛ fere dimidie hoꝛe ſpatio: abſcedente lumine emiſit ſpiritum / ſimul cum ipſo lumine pergens ad dominum. Cui eſt honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum amen. ℟m. Homo dei. ℣. Dilexit andream dominus. In laudibus hec ſola ãn. Salue crux. ps. Dominus regnauit. cap. Coꝛde creditur. hyꝰ. Exultet celum. ℣. Annunciauerũt. ãn. Videns andreas crucem cũ gaudio dicebat: quia amatoꝛ tuus ſemper fui ⁊ deſideraui amplecti te o bona crux. Benedictus. oꝛo. Maieſtatem tuam. Memoꝛia de cruce ⁊ de ſancta maria vtꝫ. et de omnibus ſanctis. Ad .j. ãn. Salue crux. ps. Deus in nomine. ãn. Gloꝛia tibi trini. ps. Quicunqꝫ. Ad tertiam et oẽs alias hoꝛas ãe cap. ℟. et ℣. cũ oꝛo. ſicut in pꝛima die. Ad veſperas autem et deinceps vſqꝫ ad octauũ diez nihil fiat de apoſtolo niſi memo. que pꝛecedet memo. beate marie cum ℣. pꝛime diei de noc. Dictis veſ. ps ãn. Unus ex duobus. et ſemp cum hoc ℣. tam ad veſp. ꝙ ad mat. ℣. Dilexit andreaꝫ. oꝛo. Maieſtatem tuam. Maꝫ et in ſabba. fit plenum ſeruitiũ de ſancta maria. Quod ſi feſtũ ſancti andꝛee quãuis alia feſ. contige. tũc nihil fiat de feſ. infra oct. vſqꝫ ad octa. diem niſi tantum memo. cum ãn. Vidit dñs et cetere añe per oꝛdinem dicentur. ſimiliter et ã. Videns andreas. ⁊ aña. Unꝰ ex duobꝰ. et ſemper cũ predi. ℣. ⁊ oꝛ. dicant.

¶ In depoſitione ſancti oſmundi epi ⁊ ꝯfeſ. Ad veſ. ãn. Iuſtũ deduxit dñs. cap. Ecce ſacerdos magnus. ℟. Miles xpi. hyꝰ. Iſte confeſſoꝛ. ℣. Amauit eum. ãn. Confeſſoꝛ. ps. Magt. oꝛ. de cõi. Ad mat. ix. lc. ſtant oĩa de cõi vnius ꝯfeſ. ⁊ pon. ſecundum pꝛicam Sar: licet hic ſequat oꝛo de ꝓprietate. Oꝛo.

Deus cuius antiqua miracula etiam noſtris tẽpoꝛibus ad tui nominis magnificẽtiam / ac laudem ⁊ honoꝛem ſancti confeſſoꝛis tui oſmundi conti ſcare ſentimus: concede propitius vt cuius commemorationē colimus/ eius interceſſionibus et in preſenti ſeculo te glorificemus: et in futuro perfrui mereamur. Per dominum. ¶ In feſto ſcti nicolai epi. Ad veſ. a̅. Iuſtum deduxit dominus. maior. pſalmi feſ. ca̅p̅. Ecce ſacerdos. ℟. Beatus nicolaus. ℣. Ut apud. Cho. Illi nimirū tota nos deuotiōe. nō diſſ. vlterius: ſed ſtatim clerici incipiant proſam hoc mō.

O portet deuota mēte ſyncerit'. ℣. Peccatores chriſtianos tenacit'. ℣. Preſuli tanto. ℣. Committere. Gloria patri. Illi nimirum. hyꝰ. Iſte confeſſor. ℣. Amauit eum. an. O paſtor eterne/ o clemens et bone cuſtos: qui dum deuoti gregis preces attenderes/ voce lapſa de celo preſuli ſanctiſſimo dignū epiſcopatu nicolaum oſtēdiſti tuum famulum. pſalmus. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatum nicolaū pontificem tuū innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis (queſumus) vt eius meritis et precibus a gehenne incēdijs liberemur. Per dominū.

Memoria de ſancto andrea et de aduentu et de ſancta maria. Deinde eat proceſ. ad altare ſancti nicolai (ſi habeatur) cū thuri. et ceroſe. ꝙ puero librum deferente ſine cruce: choro ꝑſequente/ habitu non mutato: cantando ℟. Ex eius tumba. Rectores ſimul dicant verſum Caternatim. Chorus Surdis. Non dicitur pſa in hac proceſſione. Dum ℣. cantatur thuriſet altare ſacer. et poſtea dicat ℣. Ora ꝓ no. oro.

Deus bonitatis auctor et bonoꝝ oīm diſpēſator: cōcede propitius vt qui beati nicolai confeſſoris tui atqꝫ pontificis ſolēnitatē veneramur/ eiꝰ patrocinijs atqꝫ ſuffragijs maieſtatis tue propitiationem cōſequamur. Per chriſtum. In redeundo de omnibus ſanctis. a̅. Saluator mundi. quere in feſ. ſancti andree. ℣. Letamini in domino. oro. Infirmitatem. Ad matutinas inuitatorium. Adoremꝰ regem ſeculorum. In quo viuit nicolaus honor ſacerdotum. ps. Venite. hyꝰ Iſte confeſſor. In pmo nocturno. an. Nobiliſſimis ſiquidem natalibus ortus velut lucifer nicolaus emicuit. ps. Beatꝰ vir. a̅. Poſtꝙ domi puerilem decurrit etatem: cunctis mūdi ſpretis oblectationibus/ chriſti ſe iugo ſubijciens documentis ſanctis ſuum prebuit auditum. ps. Quare fremuerunt. a̅. Pudore bono repletus dei famulus: nuptibus datis ſtupri nephas prohibuit. ps. Domine quid. ℣. Amauit eum dominꝰ et ornauit eum. ℟. Stola glorie. Lectio prima.

Beatus nicolaꝰ ex illuſtri proſapia ortus: ciuis fuit patare vrbis. Parentes vero eius cum in primo flore iuuentutis hunc ſolum genuiſſent filium: inter ſuas preces (quas frequenter in domini templo fundebant) hūc ſolum ſuperſtitem non tantum diuitiarum ꝙ̄ tum et morum flagitabant heredem. Eoꝝ igitur vota deꝰ ex alto ꝑſpiciēs: haudquaꝙ̄ petitioni corum defuit. Nam cum matris adhuc lacte nutriretur: cepit bino in hebdomada die (quarta ſcilicet et ſexta feria) ſemel bibere mammas: et hac vice contentus tota die ſic permanebat. Tu autem. ℟m.

1 Cōfeſſor dei nicolaus nobilis progenie ſed nobilior moribus. Ab ipſo puerili euo ſecutus dominum: meruit diuina reuelatione ad ſummum prouehi ſacerdotium. ℣. Erat enim valde compatiens/ et ſuper afflictos pia geſtans viſcera. Ab ipſo puerili euo ſecutus dominum: meruit diuina reuelatione ad ſummum prouehi ſa. Le. ij.

Puerilibus igitur annis tranſactis: cepit bone indolis adoleſcens eſſe. Et non ſicut illa etas aſſolet/ laſciuiam complexus eſt mundi: ſed nunc parentum comitatus veſtigia/ nunc ſolus eccleſiarum terebat limina. Et quod ibi de ſcripturis patulo aduertebat auditu: non immemor armariolo condebat pectoris. Tu autem domine.

2 ℟. Operibus ſanctis nicolaus humiliter inſiſtens. Reuelatione diuina prouectus eſt ad ſummum ſacerdotij gradum. ℣. Voce quippe de celo lapſa cuidam inſinuatur preſuli dignū epiſcopatu nicolaum. Reuelatione diuina. Lectio tertia.

Poſtq̄ autem beatus nicolaus vtroq; parente orbatus eſt: ſepius illud euangelicum ante ſue mentis ducebat oculos. Niſi quis renunciauerit omnibus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Talia eo cogitāte: accidit vt quidam conuicaneus eius ad tātam deueniſſet inopiam: q̄ tres filias quas habebat fornicari cōſtituerat: vt earum ſaltem commercio infelicem ageret vitam. Tu autem domine.

3 ℟m. Quadam die tempeſtate ſeuiſſima quaſſati naute ceperunt ſanctum vocare nicolaū. Et ſtatim ceſſauit tempeſtas. ℣. Vox illis clamantibus apparuit quidam dicēs illis/ ecce aſſum: quid vocaſtis me? Et ſtatim ceſſauit. Gloria patri. Et ſtatim ceſſauit. In ſecundo nocturno. An.

Auro virginum inceſtus/ auro patris earum inopiam/ auro prorſus vtrorumq; deteſtabilem infamiam dei ſeruus ademit nicolaus. Ps. Cum inuocarem. An. Innocenter puerilia iura tranſcendens: euangelice inſtitutionis diſcipulus effectus eſt. Ps. Verba mea. A. Gloriam mūdi ſpreuit cum ſuis oblectationibus: et ideo meruit prouehi ad ſummum ſacerdotij gradum. Ps. Domine dominus noſter. ℣ſus. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnū dei. Lec. iiij.

Quod vt vir ſanctus comperit: condoluit miſerrimo homini. Notataq; cuiuſdam noctis hora: ſumens non modicum aurum: ligansq; in panno: perrexit ad domum viri. Quod vndiq; circumſpiciens/ per feneſtram que competens videbatur clam intro proiecit: clamq; receſſit. Mane itaq; facto: cum ſurrexiſſet homo aurumq; illud inueniſſet/ gaudio gauiſus eſt magno: et gratias reddidit omnipotenti deo. Tūc tradidit filias ſuas mar tis: quas proſtituere voluerat fornicatoribus. Tu autem dñe miſerere noſtri. Deo grãs.

4 ℟. Audiens chriſti confeſſor trium iuuenum innocentum necem: precucurrit q̃totius ad locum quo fuerant plectendi. Et liberauit eos. ℣. Statimq; ſolutos a vinculis vſq; ad pretoriũ cõſulis ſecũ adduxit. Et libe. Lec. v.

His itaq; actis: myrrea metropolis orbata eſt ſuo antiſtite. Cuius obitum nõ mediocriter adiacẽtium parochiarũ condolẽtes epiſcopi ⁊ etiam viri religioſi/ cõuenerunt in vnũ cum clericis: vt domino annuẽte prouiderẽt illi eccleſie ſecundum ſanctorum ſcita canonum idoneum preſulem. Concione itaq; facta intererat quidã põtifex magne auctoritatis: ad cuius nutum aliorum pendebat ſententia. Hic ergo per omnia ſequens apoſtolorum veſtigia/ cũctos ieiuniis et deuotiſſimis precibus hortatus eſt inſiſtere: quatenus ille qui mathiam induxit ſupplere numerũ apoſtolicum: quem vellet nunc fungi tanto ſacerdotio/ dignaret̃ pandere. Tu autem.

5 ℟. Qui cũ audiſſent ſancti nicolai nomen: ſtatim expandunt manus vtraſq; ad celum. Saluatoris laudantes clementiam. ℣. Clara quippe voce coram hominibus dignum referebant illum dei famulũ. Saluatoris. Lectio ſexta.

Quibus orantibus: vocem de celo audiuit predictus pontifex dicentem ſibi: vt quẽ primũ hora matutina ante portas eccleſie inueniret/ antiſtitẽ conſecraret: adiungens q̃ nicolaus vocaretur. His ergo ſecundum reuelationẽ diuinam peractis: pontificali cathedra ſublimatur. Qui adepto epiſcopatu eandem morum grauitatẽ quã prius/ eandemq; ſectabatur humilitatem. Sic etiam cepit dilectus dei nicolaus coruſcare miraculis: vt non tantum ſui/ ſed etiã alieni quibuſlibet oppreſſi anguſtiis: inuocato nomine eius ſtatim ſentirent leuamen.

6 ℟. Beatus nicolaus iam triumpho potitus nouit ſuis famulis prebere celeſtia cõmoda: qui toto corde poſcunt eius largitionem. Illi nimirũ tota nos deuotione Oportet cõmittere. ℣. Ut apud chriſtum eius patrociniis adiuuemur ſemper. Illi nimirum. Gloria. Oportet. In tertio nocturno An. Pontifices almi diuina reuelatione letificati nicolaum preſulem deuotiſſime conſecrauerunt. Ps. Dñe quis habi. An. Sanctus quidem triticum quod a nautis poſtulauerat: acceptum et ſagacitate diſtribuere ⁊ augeri precibus impetrauit. Ps. Dñe in virtute. An. Muneribus datis neci ſunt iuuenes innocentes addicti: quibus domini ſeruus fuit vite preſidium feſtinanter. Ps. Domini eſt terra. ℣. Iuſtus vt palma florebit. Lectio ſeptima.

Quadam vero die cũ quidam naute ſubita maris tempeſtate periclitarentur: ceperunt clamare. Nicolae famule dei ſi vera ſunt que de te audiuimus/ nunc ſuccurre nobis: vt erepti ab hoc periculo deo et tibi gratias agamus. Talia referētibus apparuit quidam dicens eis. Ecce aſſum: vocaſtis enim me. Et cepit eos adiuuare in nauis armamentis. Nec multo poſt omīs pelagi cecidit fragor: omniſq; ceſſauit tēpeſtas. 7 ℟. Summe dei confeſſor nicolae te venerantes ꝓtege. Nāq; credimus tuis precibus nos poſſe ſaluari. ℣. Qui tres pueros morti addictos illeſos abire feciſti: tuis laudibus inſtantē cōſerua plebē. Nāq;. Lc. viij.

Quodam etiā tēpore lyciā prouinciā cum perniciosa fames oppreſſiſſet: naues triticeis onuſtē mercibus in littore adriatici portus adeſſe nunciantur. Quo mox adueniēs nicolaus: nautis inquit. Vos rogaturus acceſſi: vt huic populo fame laboranti aliquātulum ex iſto frumēto impertiri ſtudeatis. Promitto enim vobis in domini mei virtute cui ſeruio: ꝙ nullam inde minorationē habebitis apud regis veſtri exactorē. Tandem interuentu preſulis conuicti: de ſingulis puppibus enumerauere centum modios. Tanta igitur dei largitate auctum eſt frumentum illud: ꝙ illis ſufficeret ad victum / et nautis ad plenā mēſuram quā ſuſceperant. Hoc ℟. incipiať ab vno clerico de ſuperiori gradu: loco nec habitu mutato. 8 ℟. Seruus dei nicolaus auri pondo trium virginum redemit pudorē. Earumq; patris impudicam remenſo auro fugauit inopiā. Omnes cantēt verſum qui volunt in ſtatione puerorum. ℣. Aſſiduis ita miſericordie viſceribus: metallo duplicato ꝓpulſauit earum infamiam. Earumq;. Lc. ix.

Cum igiť his bñficiis et virtutibus multiſq; aliis beatiſſimus floreret nicolaus decidit i egritudinē qua ex hac inſtabili luce ſubtractus eſt. Cernēs itaq; mortē ſibi adeſſe preſentem: inclinato capite ſigno crucis ſe armauit. Euchariſtiam percepit: aſtātibus benedixit: oſcula pacis dedit: et triceſimum pſalmum incepit / dicens. In te dñe ſperaui non confundar in eternū: vſq; in manus tuas dñe cōmendo ſpiritum meū. Et cū hoc dixiſſet: tradidit precioſam animam ſuā in manus ſanctorum angelorū qui ei apparuerunt. 9 ℟. Ex eius tumba marmorea ſacrū reſudat oleum: quo liniti ſanātur ceci. Surdis auditus redditur / et debilis quiſq; ſoſpes regrediť. ℣. Cateruatim ruunt populi cernere cupientes que per eū fiunt mirabilia. Surdis auditus redditur / et debilis quiſq;. Non dicať verſus / ſed ſtatim incipiatur hec proſa.

Soſpitati dedit egros olei perfuſio. Chorus reſpondeat cantum proſe ſuper literam O poſt vniſquemq; ℣. interim ſedens. ℣. Nicolaus naufragantum affuit preſidio. Verſus. Releuauit a defunctis defunctum in biuio. ℣. Baptizatur auri viſo iudeus indicio. ℣. O ꝙ probat ſanctum dei farris augmentatio. ℣. Vas in mari merſum patri redditur cum filio. ℣. Ergo laudes nicolao concinat hec concio. ℣. Nam qui corde poſcit illum propulſato vitio. Soſpes regreditur. Gloria. Et debilis.

Deinde reincipiatur ℟. Ex eius tumba. ℣. Ora pro nobis beate nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus chriſti. In laudibus ãn.

1 Beatus nicolaus adhuc puerulus
multo ieiunio macerabat corpus. ps.
2 Dñs regnauit. ãn. Eccleſie ſancte
frequentans limina/ſacra pectori cõ
debat mandata. ps. Jubilate deo
3 oĩs terra. ãn. Juſte ⁊ pie viuendo
ad honorẽ ſacerdotũ meruit promoue
ri diuinitus. ps. Deus deus meus.
4 ãn. Amicus dei nicolaus pontificali
decoratus infula omnibus ſe amabi-
5 lem exhibuit. ps. Benedicite. ã.

O per omnia laudabilẽ virum: cuius meritis ab omni clade liberantur q̃ ex toto corde querunt illũ. ps. Laudate dñm de celis. cap̃m. Ecce ſacerdos. hy⁹. Jeſu redẽptor. ℣⁹. Juſtus germinabit. ãn. Copioſe charitatis nicolae pontifex/qui cum deo gloriaris in celi palatio: condeſcende ſupplicamus ad te ſuſpirantibus: et exutos graui carne pertrahas ad ſuperos. ps. Bñdictus. oro. De⁹ qui beatum nicolaum. Memoria de ſancto andrea: cũ hac ã. Unus ex duobus. niſi feſtum ſancti nicolai in ſabbato contige. tunc enim dicatur hic ad memo. de apoſtolo ãn Biduo viuens. Cũ vero feſtũ ſancti nicolai a dominica reſeruatum die lune celebrat: tũc dr ad mẽoriã de apoſtolo hec ãn Concede nobis. Si vero hoc feſt. ſancti andree apoſtoli in. v. feria ante aduẽtum dñi euenerit: tũc dicatur hic ad memoriã eiuſdem ãn. Unus ex duobus. Memoria de aduẽtu et de ſancta maria. Ad primam ãn. Beatus nicolaus. ps. Deus in nomine. ãn. Te ture. ps. Quicunq̃. Ad tertiam aña. Eccleſie ſancte. ps. Legem pone mihi dñe. cap̃. Ecce ſacerdos. ℟. et ℣. de cõmuni vnius confeſſoris ⁊ põtificis dicunt̃ ad omnes horas. Ad ſextam ãn. Juſte ⁊ ſancte. ps. Defecit. cap̃. Benedictionem. Ad nonam ãn. O per omnia. cap̃. Cognouit eum. Ad ſecũdas veſperas aña. Beatus nicolaus. pſalmi feriales. cap. Ecce ſacerdos. hy⁹. Jeſu redemptor. ℣⁹. Juſtus germinabit. ãn. O chriſti pietas oĩm proſequenda laude: qui ſui famuli nicolai merita longe lateq̃ declarat: nam ex tũba eius oleum manat/ cunctoſq̃ languidos ſanat. ps. Magnificat. or. Deus qui beatũ nicolaum. Memoria de ſcõ andrea aña. Ambulans ieſus. ℣ſus. Dilexit andream dominus. Oratio.

Protegat nos dñe ſepius beati andree apoſtoli tui repetita ſolẽnitas: vt cuius patrocinia pia deuotiõe recolim⁹: perpetuã defenſionẽ ſentiam⁹. Per dñm. Memo. de adue. ⁊ de ſancta maria.

¶ In octa. ſancti andree apli. Ad matuti. inuit. Dilexit andream dñs. ps. Venite. Quando vero hoc predic. inuit. cum ãis ſequẽtibus in. vj. fer. ante aduẽtum domini dicitur: tunc inuitato. Adoremus. cum antiphonis de die ⁊ duobus ℟. de ſcdo nocturno ⁊ cũ nono ℟. qd̃ ſꝫ tertium hac die dicatur.

¶ Nota tamen q̃ quando octa. ſancti andree in ſabba. cõtige. ſiet tunc ibi plenum ſeruitium vel ſancta maria/ et de octa. tantum memoria cum miſ. in cho.

¶ Et ſciendum eſt q̄ per totū annum ſolet dici inuitato. diſ. infra octa. et etiam in octa. que ſunt ſiue regimine chori quando de octa. ſit ſeruitiū. hy⁹. Andrea pie. ℣. Annue chriſte. Aſſecria de noct. prime diei in quācunq; fer. feſtum apoſtoli contige. In hac die dicitur iſte ℣⁹. In omnem terram. Lectio prima.

Marimilla vero quedā potētiſſima matrona in ſpelunca poſita: ſtatim vt agnouit apoſtolum andream perrexiſſe ad dñm/ acceſſit ad crucem. Et ꝑ ſuorū ſolatio cum omī reuerētia depoſuit corpus/ ⁊ cōdidit aromatibus: ⁊ ibi cum ſepeliuit vbi ſe ſepeliēdum conſtituerat. Egeas vero iratus diſponebat accuſationē publicā ↄtra marimillā ⁊ populū/ ad ceſarē deſti-
1 nare. ℟. Dū perambularet. Lc. ij.

Cum autē hec ordinaret egeas/ princeps dominum veniret in medio foro ciuitatis in conſpectu omnium a diabolo vexatus expirauit. Nūciatum vero eſt fratri eius: cui nomē erat ſtratocles. Tunc ſtratocles miſit ſeruos ſuos: dicens eis. Ite: et inter biothanatos ſepelite eū. ℟m. Vox vt. Lectio tertia.

Stratocles vero frater egee de facultatibus eius nihil queſiuit: dicens. Non mihi permittat dominus meus ieſus chriſt⁹ cui credidi: vt ego de bonis fratris mei aliquid contingam: ne polluat me crimen eius qui apoſtolum domini auſus fuit pro amore pecunie occidere. Tantus ergo timor inuaſit vniuerſos: vt nullus remaneret q̄ non crederet ſaluatori noſtro deo/ q̄ vult omnes ſaluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Ipſi gl'ia i ſecula ſeculoꝝ amē. ℟. Vir iſte. ℣. Dilexit andreā dñs. In laudib⁹ hec ſola a. Salue crux precioſa. ps. Dñs regnauit decorē. cap. Corde creditur. hy⁹. Exultet celū laud. ℣. Annūciauerūt. a. Cōcede nobis. ps. Bñdict⁹. or. Protegat. Memo. de aduē. ⁊ de ſctā maria: ⁊ poſtea de oib⁹ ſctis. Si dies dñicus fuer. vel ſi feſ. ſcti nicolai a do. reſeruatū hac die celebrat: vel ſi i ſab. ↄtige. oct. tūc tm̄ mē°. de oct. fiet ad primas veſpas ⁊ ad matu. cū miſ. in cho. Ad primā ⁊ ad alias hor. ſtat ſicut i craſti. ſcti andree nota. eſt.

¶ In cōceptiōe bēē marie virginis. Ad ꝑmas veſp. a.

O Dei genitrix virgo ſemꝑ maria inter- 1
cede ꝑ nobis deꝓcamur. ps. Laud.
pueri. an. Beata ꝓgenies vnde xp̄s
nat⁹ eſt: q̄ glorioſa eſt virgo q̄ celi re- 2
gē genuit. ps. Laudate dñm oēs
gē. an. Sācta maria virgo intercede
ꝓ toto mūdo/ q2 genuiſti regē orbis. 3
ps. Lauda aīa. a. Sub tuā ꝓtectio-
nē cōfugim⁹ vbi infirmi acceperunt 4
virtutē: ⁊ ꝓpter hoc tibi pſallim⁹ dei
genitrix virgo. ps. Laud. dñm qm̄
bon⁹ eſt. a. Beata dei genitrix ma-
ria virgo ꝑpetua/ tēplū dñi/ ſacrariū 5
ſpūſſancti: tu ſola ſine exēplo placuiſti dño ieſu xp̄o: ora ꝓ populo/ interueni ꝓ clero/ intercede ꝓ deuoto femineo ſexu. ps. Lauda hieruſa. Cap. Eccl. xxiiij

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ⁊ flores mei fruct⁹ honoꝛis ⁊ honeſtatis. ℟. Stirps. hy⁹. Aue maris ſtella. ℣. Sancta dei genitrix. aña. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit in vniuerſo mũdo: ex te enim oꝛt⁹ eſt ſol iuſticie chꝛiſt⁹ deus noſter: qui ſoluẽs maledictionem dedit benedictionem: et confundens moꝛtem donauit nobis vitã ſempiternã. ps. Magt. Oro.

Supplicationem ſeruoꝛũ tuoꝛũ deus miſeratoꝛ exaudi: vt qui in conceptione dei genitricis et virginis congregamur, eius interceſſionibus a te de inſtãtibus periculis eruamur. Per eundem. Memoꝛia de aduentu. Completoꝛium vbe eo aduentus non mutatur niſi ꝙ in fine hym. Saluatoꝛ. Dicitur Gloꝛia tibi domine. Ad matutinas inuitatoꝛium. Coꝛde et voce ſimul chꝛiſtum regem veneremur. Virginis ⁊ matris iubiletur nobilis conceptus. ps. Venite. hy⁹. Quẽ terra. In pꝛimo nocturno. aña. Hodie concepta eſt beata virgo maria ex pꝛogenie dauid: per quam ſalus mundi credentitibus apparuit. ps. Domine dominus noſter. aña. Beatiſſime virginis marie cõceptionem deuotiſſime celebꝛemus: vt ipſa ꝓ nobis intercedat ad dñm̃ ieſum xp̃m. ps. Celi enarrant. aña. Quando concepta eſt virgo ſacratiſſima tunc illuminatus eſt mundus: ſtirps beata: radix ſancta: ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ ei⁹. ps. Domini eſt terra. ℣. Sancta dei genitrix. Lectio pꝛima.

Inter omnes ſanctos memoꝛia beatiſſime virginis marie eo frequentius agitur atqꝫ feſtiuius: quo maioꝛem gratiã apud deum creditur inueniſſe. Unde poſt alia quedam ipſius antiquioꝛa ſolẽnia, non fuit cõtenta deuotio fidelium: quin cõceptionis ſuperne ſolenne ſuperadderet hodiernũ. Tu autem. ℟. Hodie concepta eſt beata virgo maria ex pꝛogenie dauid: per quam ſal⁹ mundi credentibus apparuit. Cuius vita gloꝛioſa lucem dedit ſeculo. ℣. Beatiſſime virginis marie cõceptionem deuotiſſime celebꝛemus. Cuius vita gloꝛioſa. Lectio ſecunda.

Hac itaqꝫ die peculiariter in eccleſia recitandus videretur eſſe liber ille qui de cõceptu eius atqꝫ vita ſcꝛiptus inueniebatur: ſi non iudicaſſent eũ patres inter apocrypha numerandum. At quoniam magnis et ſapiẽtibus viris ita viſum eſt: nos alia quedã ſed nõ aliena legentes, eccleſiaſticum moꝛem debitis officijs exequamur. ℟. Beatiſſime virginis marie conceptionem deuotiſſime celebꝛemus. Ut ipſa pro nobis intercedat ad dominum ieſum chꝛiſtum. ℣. Cum iocunditate conceptionem beate marie celebꝛemus. Ut ipſa. Lc. iij.

Beata igitur domini mater et perpetua virgo maria: pꝛiuſqꝫ conciperetur, oꝛaculis enunciata eſt: et deſignata miraculis. Concepta vero ex ꝓgenie dauid diuinit⁹ oꝛdinatã: pꝛiuilegio virtutum inſignis enituit. Saluatoꝛem edidit: a quo gloꝛificata in celo nũc terrigenis patrocinari teſtatur. ℟. Stirps ieſſe virgã pꝛoduxit, virgaqꝫ florem. Et super hunc florem Requiescit spiritus almus. ℣. Virgo dei genitrix virga est: flos filius eius. Et super. Gloria. Requiescit. In secundo nocturno. An. Hodie concepta est beata virgo maria ex semine abrahe: letantur archangeli/ exultant omnes sancti: ⁊ congaudet omnis mundus. ps. Eructauit. An. Dignum namqꝫ est vt ei cum summa deuotione famulemur: per quam nobis virginitatis insignia pullularūt. ps. Deus noster refugium. An. Benedicta ⁊ venerabilis est sancta maria virgo dei genitrix: cuius cōceptionem celebremus vt intercessio ipsius sit pro nobis ad dominum. ps. Fundamenta. ℣. Post partum. Lectio. iiij.

PRopositionē itaqꝫ sequatur ordine suo narratio. Jamqꝫ referamus vnum de ħtarat(oraculis: ac deinde paucis expediamus. Dixit eternus ad veterem: deus ad serpentē. Inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem: et semen tuum et semen eius. Ipsa conteret caput
4 tuum. ℟. Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe/ concepta de tribu iuda/ clara ex stirpe dauid. Cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. ℣. Cum iocunditate conceptionē beate marie celebremus/ Cuius vita inclyta. Lectio quinta.

QUid autē est fratres in hoc loco serpentis caput conterere: nisi principalē suggestionem diaboli (id est concupiscentiam) resistendo superare? Si ergo queratur quenam mulier huiusmodi victoriā operata sit: profecto non reperitur in linea generationis humane/ donec perueniatur ad illam (de qua nunc agimus) sanctarum
5 sanctam. ℟. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo. Ex te enim ortus est sol iustitie christus deus noster: qui soluens maledictionem dedit benedictionem: et confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. ℣. Felix namqꝫ es que sola genitricis dignitatem obtinuisti et virginalē pudicitiam nō amisisti. Ex te. Lec. vj.

SI vero interrogetur in quo serpentis caput hec beata virgo contriuerit: nimirum in eo ꝙ virginitatē simul et humilitatē sacrificauit deo. Virginitate namqꝫ seruata/ probatur extinxisse concupiscētiā carnis: humilitate (que facit pauperem spiritu) concupiscentiā mentis. Sicqꝫ principali suggestione diaboli victa: vitiosū eius caput virtutis pede cōtriuit. Nec tamen hoc loco sed eo ꝙ maxime triumphauit: quo de sua mundissima carne corporata dei sapiētia vicit vsqꝫquaqꝫ malitiā. Attingens a fine vsqꝫ ad finem fortiter: ac disponens omnia suauiter. Tu autē. ℟.
6 Ad nutum domini nostrum ditantis honorem. Sicut spina rosam genuit iudea mariam. ℣. Ut vitium virtus operiret/ gratia culpam. Sicut. Gloria patri. Sicut. In tertio nocturno. An. Conceptio est hodie sancte marie virginis: cuius pulchritudinē respexit deus ⁊ visitauit humilitatē suam. ps. Cantate domino. i. An. Ista est speciosa electa a domino: cum

ſue conceptionem celebremus vt ipſa pro nobis intercedat ad dominum deum noſtrum. ps. Dñs regnauit exultet. Aña. Felix nanq; es beata virgo maria: que et genitricis dignitatem obtinuiſti ⁊ virginalem pudicitiam non amiſiſti. ps. Cantate. ij. ℣. Speciosa facta. ¶ Initiū ſancti euāgelij ſecūdū Matheum.

Cap. j. A Liber generationis ieſu chriſti filij dauid / filij abraham. Et reliqua. Homelia venerabil' Bede pbri. lec. vij.

Prefationē totius operis premiſit de quo dicturus erat: id eſt de chriſto. Per quē aſcendit ad dauid: cui dictū eſt. De fructu vētris tui ponam ſuper ſedem tuam. Et a dauid vſq; ad abraham: cui ꝓmiſſum eſt. In ſemine tuo benedicētur omnes gētes terre. Ad quē fuit principiū promiſſionis. ℟. Beata pro-
7 genies vnde chriſtus natus eſt: o q̄
glorioſa eſt virgo. Que celi regem genuit. ℣. Felix certe et omni laude digniſſima ſacra vgo maria. Que ce.

Ideo poſuit eum e- L. viij.
uāgeliſta principiū narrationis ſue: ⁊ ꝑ ſingulas genealogias deſcēdit ad chriſtum: vt in eo (id eſt in chriſto) ſeries generationis terminaretur. Ideo in chriſto initiū libri incipiebatur: quia ille eſt principiū ſalutis noſtre / ⁊ finis, id eſt ꝑfectio eterne beatitudinis. Tu autē. ℟. Corde ⁊ animo chriſto canamus
8 gloriā. In hac ſacra ſolēnitate precel-
ſe genitricis dei marie. ℣. Om̄es in vnū cōgregati collaudemus dñm ieſum chriſtum. In hac. Lectio. ix.

Nam ꝙ moyſes librū creationis celi ⁊ terre ſe ſcripſiſſe teſtat᷑: in quo perituri hominis originē texuerat. Matheus librū generationis ieſu chriſti ſe eſſe ſcripturū promiſit: in quo ſalus generis humani oſtēderetur / que in nomine ieſu ſonat: quia ieſus ſaluator interꝑtatur. ℟. Solem iuſtitie regem paritura ſupremū: Stella maris maris hodie proceſſit ad conceptū. ℣. Cernere diuinū lumē gaudete fideles. Stella. Gloria pri. Hodie. repetatur ℟. Solem. Non dicat᷑ Te deum. neq; ad miſſam Gloria in excelſis. nec Ite miſſa eſt. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ¶ In laudibus Antiphona.

Conceptio eſt hodie ſancte marie 1
virginis: cuius vita inclyta cunctas
illuſtrat eccleſias. ps. Dñs regna-
uit. An. Cōceptio glorioſe virginis 2
marie ex ſemine abrahe: cōcepta de
tribu iuda/ clara ex ſtirpe dauid. ps.
Iubilate. A. Regali ex ꝓgenie ma-
ria cōcepta refulget: cuius precibus
nos adiuuari mēte ⁊ ſpiritu deuotiſſi-
me poſcimus. ps. Deus deus. An. 4
Corde ⁊ animo chriſto canam' gloriā
in hac ſacra ſolēnitate ꝓcelſe genitri-
cis dei marie. ps. Benedicite. A. 5
Cū iocunditate conceptionem beate marie celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad dñm ieſum xp̄m. ps. Laudate dñm. Cap. Ego quaſi. hy. O glorioſa femi. ℣. Elegit eam. An. Cōceptionē hodiernā ꝑpetue vginis genitricis dei marie ſolēniter celebremus: qua celſitudo throni proceſſit alleluia. ps. Benedict'. Oro. Supplicationem ſeruorū.

Memoria de aduētu. Ad. j. ā. Conceptio eſt hodie. ps. Deus in nomine. añ. Gratias. ps. Quicūq. cp̄m. Regi ſeculorum. ℟. Jeſu chriſte. ℣. Qui de virgine. Ad. iij. añ. Cōceptio glorioſe. ps. Legem pone. cp̄m. Ego quaſi vitis. ℟. Sancta dei genitrix. ℣. Poſt partū. Ad. vj. ā. Regali. ps. Defecit. cp.

TRanſite ad me omnes q̄ concupiſcitis me: ⁊ a generationib⁹ meis implemini: ſpiritus enim meus ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuper mel et fauū. ℟. Poſt partum. ℣. Speciosa. Ad. ix. añ. Cum iocunditate. ps. Mirabilia teſti. Capitulū.

QVi audit me non cōfundetur: ⁊ qui operant̄ in me non peccabūt: ⁊ qui elucidant me vitam eternā habebūt. ℟. Speciosa. ℣. Elegit. Ad. ij. veſp. añ. Conceptio eſt hodie. ps. Dixit dñs. Cōfitebor. Beat⁹ vir. De profundis. Memēto. cp̄m. Ego quaſi vi. ℟. Solem iuſtitie. hẏ. Aue maris ſtella. ℣. Elegit eā. añ. Glorioſe virginis marie conceptum digniſſimum recolamus: cuius dominus humilitatem reſpiciens angelo narrante concepit redēptorem mundi alleluia. ps. Magnificat. oro. Supplicationē ſeruorum. Memo. de aduētu. Compl. ves. Si hoc feſt. in dñica euene. differatur in craſti. niſi feſtū loci fuerit. ¶ Sancte lucie virginis et martyris. Ad veſpas añ. Lucia virgo venerabilis ſyracuſanorum nobiliſſima cum matre euticia ad ſepulchrum beate agathe venerandum conuenerat. ps. de fe. cp̄m. Dñe de⁹ me⁹. ℟. Grata facta eſt. hẏ. Virginis proles. ℣. Diffuſa eſt gr̄a. añ. In tua patientia poſſediſti animam tuam lucia ſponſa chriſti: odiſti que in mundo ſunt ⁊ coruſcas cum angelis: ſanguine proprio inimicum viciſti. ps. Magnificat. oro. Exaudi nos deus ſalutaris nr̄. require in cōmuni vnius virginis. Mēoria de aduētu: et de ſancta maria. ¶ Ad matutinas inuit. Agnum ſponſum. ps. Venite. et cetera om̄ia de cōmuni vni⁹ virginis ⁊ martyris ſtant vſq ad ſeptimū reſponſo. Lectio prima.

CVm per vniuerſam ſiciliam beate agathe virginis fama crebreſceret: et ſyracuſanus populus per miliaria quinquaginta ad vrbem cathanenſium indeſinēter pergeret: ad ſepulchrum ſancte virginis agathe venerandum: contigit et luciam venerabilem virginem ſyracuſanorum nobiliſſimam ſimul pergere feſtiuitatis gratia. Inuitante eam matre ſua euticia: que per annos quatuor fluxum ſanguinis patiebat̄: nulloq medicorū poterat medicamine liberari. L. ij.

IGitur cum proceſſionis myſteria agerentur: hec euangelij lectio fuit qua fimbrie veſtimenti domini tactu: mulierem a ſanguinis fluxu legimus liberatam vel ſaluatam. Et dum hec lectio recitaretur: dixit ſancta lucia matri ſue. Si credis mater his que leguntur: crede agatham paſſam pro chriſti nomine hoc meruiſſe: vt ſemper in pꝛeſenti habeat eum pꝛo cuius noīe paſſa eſt. Continge ergo ſepulchꝛū ꝟginis credēs: et ꝯtinuo liberaberis. Lec. iij.

Igitur cum peractis omnibꝰ populus abſceſſiſſet: pꝛoſtrauerunt ſe vtraqꝫ ante ſepulchꝛum ſancte virginis agathe / mater et filia: ⁊ ceperūt lachꝛymis a dn̄o flagitare ſuffragiū. Interea dum oꝛationis pꝛolixitas tēderetur: ſomnū lucia virgo arripuit. Et vidit tunc in ſomnis beatam agatham in medio angeloꝛum gēmis oꝛnatam ſtātē / et dicentem. Soꝛoꝛ mea lucia virgo deo deuota: q̄d a me petis quod ipſa potes pꝛeſtare continuo? Nam et matri tue fides tua ſubuenit: ⁊ ecce ſaluata eſt. Et ſicut per me ciuitas cathanēſiū ſublimatur a chꝛiſto: ita per te ſyꝛacuſana ciuitas decorabitur: quia iocundum chꝛiſto in tua virginitate habitaculum pꝛeparaſti. Lectio quarta.

ET his auditis expergefacta ſurrexit tremēs: ⁊ ait matri ſue. Mater mea: ecce ſalua facta es. Per ipſam te depꝛecoꝛ que te ſaluauit ſuis pꝛecibꝰ ne tu mihi aliq̄ſi ſponſum nomines: nec velis de coꝛpoꝛis mei poſteritate inquirere. Ab ea die cepit virgo ſancta diſtrahere pꝛedia: et in neceſſitatibus pauperum erogare. Lectio. v.

Quod cum ad ſponſi notitiam perueniſſet: pꝛoponit litem in iudicio paſchaſij conſularis / dicens ſponſam ſuam chꝛiſtianā eſſe: et contra leges auguſtoꝛū viuere. Quam paſchaſius coꝛripiens cepit ad ſacrificia demonū cogere. Cui virgo ait. Ego per iſtos tres annos nulli alij ſacrificaui niſi deo viuo. Paſchaſius dixit. Patrimonium tuum cum coꝛruptoꝛibus tuis expendiſti: ⁊ ideo quaſi meretrix loqueris. Lucia dixit. Patrimonium meum in tuto loco cuſtodiui / ⁊ illic conſtitui: coꝛruptores autem nec mentis nec coꝛpoꝛis mei aliquando ſuſcepi. Tu autem domine. Lectio. vj.

Paſchaſius dixit. Ceſſabunt verba: cum perueneris ad toꝛmenta. Lucia dixit. Verba dei ceſſare non poſſunt. Paſchaſiꝰ dixit. Tu ergo deus es? Lucia reſpondit. Ancilla dei ſum: et ideo dixi verba dei / quia ip̄e dixit. Non vos loquimini in conſpectu iudicum: ſed ſpiritus ſanctus ipſe loquitur in vobis. Paſchaſius dixit. In te ergo ſpiritus ſanctus eſt. Lucia reſpondit. Apoſtolus dixit ꝙ caſte viuentes tēplum dei ſunt: ⁊ ſpiritusſanctus habitat in eis. Paſchaſius dixit. Ego faciā te ad lupanar duci: vt cū fueris ſcoꝛtata / fugiat a te ſpūs ſanctus.

Lucia dixit. Nūq̄ L. vij. inquinabit coꝛpus: niſi ex conſenſu mētis. Tūc conſularis multis reſponſionibꝰ virginis confutatus: iuſſit venire lenones / ⁊ tradidit eam illis dicens. Inuitate ad caſtitatē eiꝰ populum: ⁊ facite eam tam diu illudi / q̄ diu mihi moꝛtua nuncietur. Accedentes vero ſimul

multi ex officio/funibus in ma
nibus eius et pedibus poſitis:
ceperunt omnes pariter trahe-
re/ ꝫ illa quaſi mons immobilis
7 ꝑmanebat. ℟. Lucia virgo quid a
me petis quod ipſa poteris pꝛeſtare
continuo? nam ⁊ matri tue fides tua
ſubuenit: ⁊ ecce ſalua facta eſt. Quia
iocundum deo in tua virginitate ha
bitaculum pꝛeparaſti. ℣. Et ſicut ꝑ
me ciuitas cathanenſium ſublima-
tur a chꝛiſto: ita per te ciuitas ſyꝛacu
ſanoꝝ decoꝛabit̃. Quia iocū. Lc. viij.
ITerū adducta ſunt multa pa-
ria boum vt ab ipſis traheret̃:
et omnino moueri non potuit.
Tunc paſchaſius ignem circa
eam fecit copioſum incendi: et
iuſſit vt picem/reſinam/ et fer-
uens oleum ſup eam iactarent.
At illa in nomine ieſu chꝛiſti
ſtetit immobilis: dicens. Ego
rogaui dominum meum ieſum
chꝛiſtum: vt ignis iſte nō domi
netur mei. Tunc anguſtiante
paſchaſio: non ferētes amici in
iuriam eius/gladiū in eius vi-
ſceribus immergi fecerūt. Tu
8 autem. ℟. Rogaui dominum meū
ieſum chꝛiſtum vt ignis iſte non do-
minetur mihi. Et impetraui a domi-
no inducias martyꝛij mei. ℣. Ut cre-
dētibus timoꝛem auferrem paſſionis:
non credentibꝰ autē vocē inſultatio-
nis. Et impetraui. Lectio nona.
Et cōfeſtim percuſſa ꝙdiu vo
luit locuta eſt: annuncians ec-
cleſie pacem datam. Interea
ante oculos eius ferro vinctus
ducebatur paſchaſius. Concur-
rerunt enim relationes ſingu-
loꝛum: ꝙ paſchaſius omnē fuiſ
ſet pꝛedatus pꝛouinciam. Qui
perductus eſt ad vꝛbem romā:
ibiqꝫ ab omī ſenatu romano au
ditus/ capitalē accepit ſenten-
tiam. Dei autem martyꝛ lucia
virgo ſacratiſſima de loco ī quo
ꝑcuſſa eſt gladio: penitus nec
mota eſt/neqꝫ exijt ſpiritꝰ eiꝰ:
niſi pꝛius venientibus ſacerdo
tibus/ et coꝛpoꝛis ꝫ ſanguinis
ieſu chꝛiſti myſteria ei dātibꝰ.
Atqꝫ omnibus dicētibus amē:
illa emiſit ſpiritū. Tu aūt. ℟. 9
Grata facta eſt a dn̄o in certamine qꝛ
apud deum ⁊ apud hoīes gloꝛificata
eſt: in cōſpectu pꝛincipū loquebat̃ ſa-
pientiā. Et dn̄s omnium dilexit eam.
℣. Erecta nāqꝫ in virtutis culmine/
toꝛmēta deriſit: om̄ia calcauit. Et do-
minus. ℣. Oꝛa pꝛo nobis beata lu-
cia. In laudibus antiphona.
Orante beata lucia apparuit ei ſan- 1
cta agatha: et cōſolabatur ancillam
chꝛiſti. Ps. Dn̄s regnauit decoꝛē.
An. Lucia virgo quid a me petis qḋ 2
ipſa poteris pꝛeſtare continuo matri
tue? Ps. Iubilate deo. An. Per te lu- 3
cia virgo ciuitas ſyꝛacuſana decoꝛa-
bitur a dn̄o ieſu chꝛiſto. Ps. Deus
deus meus. An. Benedico te pater 4
dn̄i mei ieſu chꝛiſti: quia ꝑ filium tuū
ignis extinctus eſt a latere meo. Ps.
Benedicite. An. Soroꝛ mea lucia vir 5
go deo deuota/quid a me petis quod
ipſa poteris pꝛeſtare continuo matri
tue? Ps. Laudate dn̄m de celis.
Cap̄m. Dn̄e deus meus. Hy. Ie-
ſu coꝛona. ℣. Adducentur. An. Co-
lumna es immobilis lucia martyꝛ chꝛi-
ſti: quia omnis plebs te expectat vt
accipias coꝛonam regni alleluia. Ps.
Benedictus. Oꝛ. Exaudi nos.

Memoꝛia de aduen. et de ſancta maria. Ad ꝑmam an. Orantes. ps. **Deus in nomine.** Ad terciam an. **Lucis virgo.** ps. **Legem pone.** capitula ℟. et ℣. de communi vnius virginis et martyris ad omnes hoꝛas dicantur cũ oꝛatione de die. **Ad ſextam.** an. **Per te lucis.** ps. **Defecit.** Ad nonam an. **Soroꝛ.** ps. **Mirabilia.** Ad ſecũdas veſperas an. **Orantes.** pſalmi feriales. caꝑ. vnius virginis et martyris. hyᵒ. **Jeſus coꝛona.** ℣. **Adducentur.** an. **Tanto pondere eam fixit ſpiritus ſanctus: vt virgo domini immobilis permaneret.** ps. **Magnificat.** oꝛo. **Exaudi nos.** Memoꝛia de aduentu et de ſancta maria. Commẽ. ſancti thome apoſtoli. Ad veſperas an. **Eſtote foꝛtes.** pſalmi feriales. cap. **Jam non eſtis.** ℟. **Qui ſunt iſti.** Hymnus.

O Thoma chꝛiſti perluſtratoꝛ lateris / per illa ſancta te rogamus vulnera: que mundi cũcta diluerunt crimina / noſtros beatus terge tuis pꝛecibus. Annue chꝛiſte. ℣. In omnem terram. an. O thoma didyme per chꝛiſtum quem meruiſti tangere / te pꝛecibus rogamus altiſonis ſuccurre nobis miſeris: ne dãnemur cum impiis in aduentu iudicis. ps. Magnificat. oꝛo.

Da nobis queſumus dñe beati apoſtoli tui thome ita ſolennitatibus gloꝛiari: vt eius ſemper et patrociniis ſubleuemur / et fidem congrua deuotione ſectemur. Per. Memo. de aduen. et de ſancta ma. Si hoc feſtum in dominica contigerit. differatur in craſti. niſi feſtum loci fuerit. Si vero in. vi. fer. vel in ſabba. iiii. tempoꝛum hoc feſtum contigerit. nihil ad matutinas de ieiunio fiat niſi tantum memo. ſed poſt miſ. de apoſtolo fiat hec miſſa de ieiu. vtraqꝫ ad pꝛincipale altare: et tunc ꝓpꝛiũ ſerui. feſt. ad matuti. et ad laudes omnino pꝛetermittatur: pꝛeter oꝛõnẽ que dicetur ad memo. Ad mat. ix. lec. ſtãt dupꝉ. fe. lec. i.

Beatum thomam cum reliquis diſcipulis ad officiũ apoſtolatus electum / ipſumqꝫ a domino didymum (quod interpꝛetatur geminus) vocitatum: fides euangelica narrat. Qui poſt dominice gloꝛiam aſcẽſionis: cum moꝛaretur in hieruſalem / diuina commonitione iuſſus eſt indiam aggredi: vt populis qui iacebant in tenebꝛis lumẽ veritatis oſtenderet. Lec. ii.

Cum igitur ille quaſi ionas a facie domini fugiens ire differret: nec impleret que ſibi diuinitus pꝛecipiebãtur (regio enĩ illa lõginqua et grandis erat: incole quoqꝫ terre illius iniqui et ignoꝛantes veritatem) apparuit ei dominus in viſu noctis dicens. Ne timeas thoma deſcendere in indiam. Lec. iii.

Ego enim vadam tecũ et non derelinquam te: ſed gloꝛificabo te ibi / implebiſqꝫ certamen bonum. Et confeſſurus es me coꝛam hominibus terre illius: et exinde aſſumam te cum gloꝛia / et ſtatuam te in regno meo cũ fratribus tuis. Opoꝛtet enĩ te ſibi multa pati propter me: vt cognoſcant omnes te docente quia ego ſum deus. Lcō. iiij.

In diebꝰ illis miſſus erat quidam abbanes nomine a rege indie: requirēs artificē qui ei palatium poſſet edificare. Cui redituro in patriā coniunxit ſe thomas: et cum iſ̄o deſcendit ad mare. Et aſcendentes nauim: in interiorem indiā euecti ſunt. Tu aūt. Lectio. v.

Cepit ergo predicare beatus thomas per totam indiam euāgelizans dominum ieſum chriſtum: nec ſolum ſermonibꝰ / ſed etiam operibus fidem barbaricis pectoribus inſerebat. Inuenit igitur in india viros parit̄ et mulieres qui verbum ſuſceperunt dei: quia ſanabat infirmos eorum. Lectio ſexta.

Audiens ergo miſdeus rex ſigna que faciebat apoſtolꝰ: iuſſit eum adduci ad ſe / et dixit ei. Quis eſt deus tuus: et in cuius nomine hec facis? Qui reſpondit. Deus meus verus creator celi et terre eſt / et omnium que in eis ſunt: qui ſolꝰ coli debet / nō idola ſurda ⁊ muta. Lec. vij.

His ergo auditis: rex valde iratus iuſſit eum extēſum torqueri / ⁊ ceſum in carcerem detrudi. Interim migdonea vxor cariſij cū nutrice ſua et filio ibant ad carcerem: ⁊ data cuſtodibus pecunia ad apoſtolum introibant: et verbum dei audiebant. Lectio octaua.

Cumq; regi nunciatum eſſet ꝙ vxor eius et filius cōuerſi eſſent ad dominum / vxorem ſuaꝫ in obſcuro loco detrudi iuſſit: filiumq; ſuum in carcere cū apoſtolo colligari. Cariſius vero vxorem ſuam cum nutrice ſua narciſſa recluſit ſimiliter in cellula tenebroſa. Lectio nona.

Tunc iuſſit rex manibus apoſtoli ad tergum ligatis / ipſum coram ſe duci: cui ait. Quis eſt deus tuus qui coniugēs nr̄as per te ſeparat a nobis? Dixit et thomas. Tu cum ſis rex: nūquid vis habere inquinata ſeruitia? Si ergo deum in ſeruis ſuis amare predico quod tu in ſeruis tuis diligis: vt quid culpor? Iratus igitur rex tradidit eum quatuor militibus: qui lāceis tranſuerberauerunt eum et mortuus eſt. Cetera omnia ad matutinas et ad horas fiāt de communi vniꝰ apoſtoli. Memoria fiat de aduentu quacūq; fe. hoc feſtum contigerit cum hac an̄. **Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos dominus noſter.** Niſi quādo a dominica reſeruatū die lune celebratur: tūc enī dicitur ad memoriam de aduētu an̄. illius ferie. ſcilicet an̄. **Dicit dominus.** Et ſemper cū hoc an̄. **Vox clamantis.** Et cum oratione dominicali. ⁊ an̄. **Nolite timere**, in illo anno omnino pretermittatur. Tamen ſi in ſexta feria vel in ſabbato quatuor temporum hoc feſtum euenerit tunc oratio de ieiunio dicetur cum predicta an̄. **Nolite timere.** Ad ſecundas veſperas. reſpon. **Ciues apoſtolorum.** an̄. **O** thome didyme. ps. **Magnificat.** aña. **Da nobis.** Cetera omnia de communi vniꝰ apoſtoli. memoria de aduentu et de ſancta maria. vt s̄. ¶ De ſancto Siluestro et de alijs ſanctis vſqꝫ ad feſtum ſancti vvlſtani require omnia ſicut ſupra poſt natalem domini prenotatuꝫ eſt. Si tempus prolixum fuerit inter dominicam in qua incipienda eſt hiſto. **Dñe ne in ira.** et. lxx. feſtum ſancti vvlſtani in eadē dominica in qua contige. celebretur: et memo. fiat de dominica ad vtraſqꝫ veſperas; et ad matutinas ⁊ ad miſſam que precedet memo. beate marie. Eodeꝫ modo fiat de ceteris ſanctis. Si feſtum ſancti vvlſtani/ vel ſanctorū fabiani et ſebaſtiani/ vel ſancte agnetis in do. lxx. euenerit. feſtum differatur vſqꝫ i craſtinum ſancti vincentij. Si vero in die ſancti vincentij / aut ſancti pauli do. lxx. contigerit: feſtum differatur in craſtinuꝫ. Si aliquod predictorum feſtoꝝ in ſab. proximo ante. lxx. eue. veſpere in ipſo ſabba. de. lxx. erunt: et ſolennis memo. de feſto. Similiter fiat in. lx. ⁊ in. l. Si vero feſtum a dominica differatur in. ij. feriā vel in eadeꝫ feſ. contiger̄. veſpere in do. de feſ. erunt: et ſolennis memoria de do. Idem modus ſeruetur in omnibus feſt. ix. lectio. vſqꝫ ad paſſionem domini: ita tamē qꝫ in omnibus feſtis duplicibus ipſo tempore contingen̄: erunt prime et ſecūde veſpere de feſ. Propterea feſtum purificationis beate marie virginis non differatur. ¶ Sancti vvlſtani epiſcopi et confeſſoris. ix. lect. Et licet hic ſequantur. vj. lec. de proprietate ſancti: tamē ſecundum vſum Saꝝ. omnia fiant de communi cum hac oratione ſequenti. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatiſ infunde: vt intercedente beato vvlſtano confeſſore tuo atqꝫ pontifice/ tuā mereamur dulcedinem in eterna felicitate guſtare. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Lectio pͥma.

Regnante illuſtri anglorū rege edvvardo ſedit vvigornie brithegus pontifex: apud quem vvlſtanus primeui floris indolem agens/ ſingulis gradibus creuit in clero. Donatus tandem honore ſacerdotij: in tempore ſuo vitam celibeꝫ duxit a puero. Et in fructu centeſimo deum per deſideriuꝫ querere/ per cogitationem inuenire/ per guſtum tangere ſalubriter ſatagebat. Lectio. ij.

Adoleſcebat in viro germen omne virtutum. Prerogatiua ſanctitatiſ ſic enituit: vt optimates anglorum eius amicitiam et auidiſſime optarent/ et cōſtātiſſime tenerent. Jugis in orationibus: in genuflexiōibꝰ creber: plumam ⁊ nullum lectū omnino habere/ ſopori raro indulgere/ ſed ſurripere. Lec. iij.

Super gradus ante altare capite poſito ſe humi exponere / vel etiam codice aliquo vertici

ſubmiſſo: tenuem conſueuit inuitare ſoporem. Tribus in hebdomada dieb⁹ omnis cibi abſtinens / perpetuo linguam cohibebat ſilentio: ne vllo ſaltem laberetur verbo. Lectio. iiij.

TRibus reliquis porros / caules vel coctos vel ciceros / ⁊ panem cibarium comedebat: vt his magis contineret naturam ꝙ gulam. Quid plura? Talez ſe ſubditis exhibuit vt non deeſſet eis doctrina in verbo / nec vita in exēplo. L. v.

Quodam tempore cum ſup eccleſie tectum fabricam quandā conſtruerent in qua depēderēt campane: ad illam erigendam gradus ſcalarum aptarant: quibus operantes inſiſterent: ⁊ pēdulos in aere greſſus firmarent. Jamq; funibus ſubuecte ſtabant ſcale immenſa proceritate prominentes: artificeſq; in eis mutuo ſibi ſtructure neceſſaria miniſtrantes. Lec. vj.

Quorum vnus cum ceteris ꝓruptius arduos meditaretur aſcēſus: preceps ruit. Vulſtan⁹ vero eminus ſtans et intuēs qualiter ille per aeris inane deorſum volueretur: indoluit vehemēter / ſignumq; ſancte crucis oppoſuit. Et caſus qui erat ab altitudine ad minus pedū quadraginta: non ſolum corpus ruentis non attriuit / ſed nec etiā animum frigente ſanguine (vt ſolet) hebetauit. Surrexit ergo incolumis: ſue reputans temeritati ꝙ cecidit / et Vulſtani ſanctitati ꝙ euaſit. Euangelium. Homo quidam peregre. Cetera omnia de communi vnius confeſſoris et pōtifi.

¶ Sanctorum fabiani et ſebaſtiani marty. Ad veſperas. a. Sancti per fidem. Ps. feriales. cā. Juſtorum anime. ℟. Erat nanq; in ſermone. hym. Sanctorum meritis. ℣. Letamini in domino. An. Elegit dominus viruz de plebe: et claritatem viſionis eterne dedit illi: celebrem⁹ ſolennitatem ſebaſtiani martyris / gaudiū ſit in celo / et in terra pax hominibus bone voluntatis alleluia allā. ps. Magnificat. Oro.

DEus qui beatos martyres tuos fabianum ⁊ ſebaſtianum virtute conſtantie in paſſione roboraſti: ex eorum nobis imitatione tribue ꝑ amore tuo proſpera mundi deſpicere / et nulla eius aduerſa formidare. Per dn̄. Memo. de ſancto Vulſtano. an. Iſte eſt. ℣. Juſtus ger. Oro. Spiritum nobis. Memoria de ſancta maria. ¶ Ad matutinas inuitato. Chriſtū ſuppliciter regem regum veneremur. Qui donat ſanctis p̄mia digna ſuis. ps. Venite. hy⁹. Sanctoꝝ meritis. In primo nocturno. aña. Sebaſtianus mediolanenſium particeps ciuis / quem perfuderat deus gratia: ab omnibus amabatur. ps. Beatus vir. an. Erat enim in ſermone verax / in iudicio iuſtus. ps. Quare fremuerunt. an. Chriſto quotidie ſedulum exhibebat officium / erat enim verus dei cultor. ps. In domino confido. ℣. Letamini in dn̄o. Le. i.

SEbaſtianus vir chriſtianiſſimus mediolanenſiū partiſſi ciuis: diocletiano ⁊ maximiano imperatorib⁹ ita charus erat vt principatum ei prime cohortis traderent: ⁊ ſuo cū conſpectui iuberent ſemper aſtare. Erat em̄ vir totius prudentie: in ſermone verax/ in iudicio iuſtus/ in cōſilio prouid⁹/ in cōmiſſo fidelis/ in interuentu ſtrēnuus/ in bonitate cōſpicuus/ in vniuerſa morum honeſtate preclarus. Tu autē. ℟.

1 Sebaſtianus dei cultor ſtudioſe curabat ſub abſconſo chlamyde ſanctorum animos confortare. Spem p̄mittens et gloriam cōſequi ſempiternā. ℣. Chriſto quotidie ſedulum exhibebat officium: et chriſtianorū animos confortabat. Spem. Lectio ſcda.

Chriſto igitur quotidie ſedulum exhibebat officiū: ſed agebat quatenus hoc ſacrilegis regibus eſſet occultum. Non paſſionis timore perterritus/ nec patrimonij ſui amore conſtrictus: ſed vt chriſtianorum animos (quos in tormentis videbat deficere) confortaret: et deo redderet aīas quas diabolus conabatur auferre.

2 Tu autem domine. ℟. Sebaſtianus vir chriſtianiſſimus quē occultabat militaris habitus. Et chlamydis ſue obumbrabat aſpectus. ℣. Quem perfuderat deus gratia: ab oībus amabatur. Et. Lectio tertia.

Clariſſimis itaq; viris marcelliano ⁊ marco pro chriſti nomine in vinculis conſtitutis: quotidie ſolatium exhibebat. Et vt ſeculi blandimēta reſpuerent: et momentanea tormentorum genera non timerent/ admonuit. Qui cum beati viri verbis acquieſcerēt: et verbera carnificū animo perſeueranti perferrent: capitalē iuſſi ſunt ſubire ſententiā. Tu autem. ℟. Erat nanq; in ſermone verax/ in iudicio iuſtus/ in conſilio prouidus/ in bonitate conſpicu⁹. In vniuerſa morum honeſtate preclar⁹. ℣. In commiſſo quoq; fidelis/ in interuentu ſtrenu⁹. In vniuerſa. Gloria patri. In vniuerſa. In ſecūdo nocturno. An. Ad hoc tantum ſub chlamyde chriſti militem tegebat abſconditum: vt deo redderet animas quas diabolus conabatur auferre. Ps. Domine quis habi. Aña. Clariſſimis quotidie viris marcelliano et marco ſuadebat populi blandimenta reſpuere: et momētanea tormētorū gn̄a nō timere. Ps. Conſerua. An. Sebaſtianus vir chriſtianiſſim⁹ quem occultabat militaris habitus: et chlamydis ſue obumbrabat aſpectus. Ps. Domini eſt terra. ℣. Exultent iuſti in conſpectu dei. Et dele. Lc. iiij.

Cunq; beatus ſebaſtian⁹ athletas dei immēſo certaminis pondere fatigari vidiſſet: in medio eorum ſe obijciēs ait. O fortiſſimi milites chriſti nolite per miſera blandimēta coronas deponere ſēpiternas. Diſcat nunc per vos chriſti militum fortitudo: fide potius armari ꝙ ferro. Tu aūt. ℟. 4 Chriſto quotidie ſedulum exhibebat officium. Et chriſtianorum animos quos in tormentis videbat deficere cōfortabat. ℣. Erat nanq; in ſermone verax/ in iudicio iuſt⁹/ in vniuerſa morum honeſtate preclarus. Et. Lc. v.

HIs igitur duobus fratribus ad celos ꝑ martyꝛij palmam tranſmiſſis: conuent⁹ eſt ſanctus ſebaſtianus coꝛam diocletiano. Cui dixit diocletianus. Contra ſalutem meam in deoꝛum iniuriam hactenus latuiſti. Sebaſtianus reſpondit. Pꝛo ſalute tua ſemper chꝛiſtũ colui: et pꝛo ſtatu vꝛbis rome illũ q̃ in celis eſt adoꝛaui.

5 ℟. Zoe vxoꝛ nicoſtrati dixit btõ ſebaſtiano: beat⁹ es tu ⁊ bñdict⁹ ſermo oꝛis tui. Per ieſum chꝛiſtum dominũ noſtrũ. ℣. Benedicti qui in omnibus que locutus es credunt. Per. Lectio. vj.

TUnc iratus diocletian⁹ iuſſit eum duci in campũ et ligari quaſi ſignum ad ſagittam: et iuſſit vt ſagittarij eum ſagittarent. Tunc poſuerunt eum milites in mediũ campũ: et hinc inde eum repleuerunt ſagittis. Exiſtimantes enim illum moꝛtuum abierũt. Tu autem.

6 ℟m. Egregie dei martyꝛ ſebaſtiane/ pꝛinceps et pꝛopagatoꝛ ſanctiſſimoꝛum pꝛeceptoꝛũ: ecce nomen tuũ in libꝛo vite celeſtis aſcriptum eſt. Et memoꝛiale tuum uon derelinquetur In ſecula. ℣. Socius enim fact⁹ es ſupernarum virtutum: que et in celis ſpiritum tuum ſuſceperunt. Et memoꝛiale. Gloꝛia patri. In ſecula. In tertio noctur. An. Ut vidit beatus ſebaſtianus athletas dei immẽſo certaminis pondere fatigari dixit: o foꝛtiſſimi milites chꝛiſti/ nolite per miſera blandimenta coronas deponere ſempiternas. Ps. Exultate iuſti. An. Sebaſtianus dixit marcelliano et marco: non vos ſeducant blandimenta mulierum. Ps. Benedicam do. An. Nolite timere/ non ſeparabũtur a vobis: ſed vadunt in celum parare vobis ſidereas manſiones. Ps. De⁹ vene. gẽ. ℣. Juſtoꝝ. Lc. vij.

5 Acharij martyꝛis relicta noie hyꝛene: abijt nocte vt coꝛp⁹ tolleret ⁊ ſepeliret. Et inueniẽs eũ viuũ: duxit in domũ ſuã. Ubi poſt paucos dies ſan⁹ fact⁹: ꝑſentauit ſe diocletiano. Cui ille. Tu ne es ſebaſtianus quẽ dudũ interfici iuſſeram⁹? Sctũs ſebaſtianus ait. Ad hoc me dñs ieſus xp̃s reſuſcitare dignat⁹ eſt/ vt veniã et cõteſter vos iniuſto iudicio ꝑſecutionẽ vr̃am in xp̄i ſeruulos ebullire.

℟. Clariſſimis viris marcelliano ⁊ 7 marco ꝑ ſingulos dies ſuadebat ſcli blandimẽta reſpuere. Et momẽtanea tormẽtoꝝ gn̄a nõ timere. ℣. Ut vidit beat⁹ ſebaſtian⁹ athletas dei imẽſo certaminis põdere fatigari/ i medio eoꝝ ſe obijciẽs ſuadebat ſeculi blandimẽta reſpuere. Et. Lc. viij.

TUnc irat⁹ diocletian⁹ iuſſit eũ in hippodꝛomiũ palatij ſui duci: ⁊ tã diu fuſtib⁹ cedi/ donec ſpm̃ exhalaret. Tũc tulerũt coꝛp⁹ ei⁹ nocte: ⁊ in cloacã maximã miſerũt dicẽtes. Ne foꝛte xp̄iani eũ ſibi martyꝛẽ faciãt.

℟. Btũs es ⁊ bñ tibi erit egre 8 gie martyꝛ ſebaſtiane. Qꝛ cũ ſctis gaudebis ⁊ cũ angelis exultabis in eternũ. ℣. Beatus es xp̄i martyꝛ ſebaſtiane: et bñdict⁹ ſmo oꝛis tui. Qꝛ. Lc. ix.

POſtea vero ſanctus ſebaſtianus cuidam matrone lucina noie apparuit dicẽs.

In cloaca illa que eſt iuxta cyrchrum: inuenies corpus meum
pendens in gõpho. Hoc dñs tu
leuabis pduces ad cathacumbas:
et ſepelies me in initio cripte
iuxta veſtigia apoſtoloꝝ.
Ipſa vero iuſſa cõplens: cũ omni
diligentia corpus eius ſepeliuit.
9 Tu autẽ. ℟. Elegit dñs virum
de plebe ⁊ claritatem viſionis eterne
dedit illi: celebremus ſolẽnitatem
ſebaſtiani martyris. Gaudium ſit
in celo. Et in terra pax hominibus bone
voluntatis. ℣. Beatus es ⁊ bene
tibi erit egregie dei martyr ſebaſtiane.
Gaudiuz. Gloria patri. Et in terra.
℣. Juſti autem in perpetuum viuẽt.
℟. Et apud dominum eſt merces eorum.
In laudibus antiphona.
1 Sebaſtianus dei cultor ſtudioſe curabat
ſub abſconſo chlamydis ſanctorum
animos confortare: ſpem promittens
et gloriam conſequi ſempiternam.
ps. Dñs regnauit decorem.
2 An. Si ego ver' chriſti ſeruus
ſum: et ſi vera ſunt omnia que ex ore
meo hec mulier audiuit et credidit/
aperiat os eius qui aperuit os zacharie
prophete domini. ps. Jubilate.
3 An. Ad hanc vocem chriſti martyris
ſebaſtiani illico apertum eſt os vxoris
nicoſtrati. ps. Deus deus me'.
4 An. Zoe vxor nicoſtrati dixit beato
ſebaſtiano: beatus es tu/⁊ benedictus
5 ſermo oris tui. ps. Benedicite. an.
Sanctus ſebaſtianus dixit nicoſtrato:
ſaluator noſter pro peccatoribus
exhibere dignatus eſt ſuam preſentiam.
ps. Laudate dominum de
celis. capl'm. Juſtorum anime.
hy. Rex glorioſe martyrum.
℣. Mirabilis deus. ant. Beatus
es et bene tibi erit egregie martyr
ſebaſtiane: quia cum ſanctis gaudebis/
⁊ cũ angelis exultabis i eternũ.
ps. Benedictus. oratio. Deus
qui beatos martyres. memoria
de ſancta maria. Ad primã an.
Sebaſtianus. ps. Deus i nomine.
Ad terciam an. Si ego. ps. Legẽ
pone. capl'a. ℟. et ℣. de cõmuni
plurimoꝝ martyrum ad
omnes horas dicãtur cum oratione
predicta. Ad ſextam an.
Ad hanc vocem. ps. Defecit. Ad
nonam an. Sanctus ſebaſtianus.
ps. Mirabilia. ¶ Sancte agnetis
virginis ⁊ martyris ad veſperas
ſuper ps an. Hec eſt virgo.
hi'ke. cap. Confitebor. ℟. 3
Induit me. hy. Virginis proles.
℣. Diffuſa eſt. an. Beata agnes in
medio flãmarum expanſis manibus
orabat: te deprecor venerande/colende/
pater metuende: quia per ſanctum
filium tuum minas euaſi ſacrilegi tyranni:
et carnis ſpurcitias immaculato
calle tranſiui: et ecce venio ad te
quem amaui/quẽ queſiui/quẽ ſemper
optaui. ps. Magnificat. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui infirma mundi eligis vt fortia queq; confundas: concede propitius vt qui beate agnetis martyris tue ſolẽnia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dñm. Mẽo. de martyrib' fabiano et ſebaſtiano. an. Egregie martyr ſebaſtiane/princeps ac ꝓpagator ſanctiſſimorum preceptoꝝ: ecce nomen tuum in libro vite celeſtis aſcriptum eſt: et memoriale tuum nõ derelinquetur in ſecula. ℣. Mirabilis deus. ora.

Deus q̄ beatos marty. Memoria de ſcā ma. Ad matut. inuit. Agnum ſponſum. P̄s. Venite. hy⁹. Virginis proles. In p̄mo noct. an̄. Diſcede a me pabulum mortis qꝛ iam ab alio amatore preuēta ſum. P̄s. Dñe dñs noſter. an̄. Annulo ſuo ſubarrhauit me dñs meus ieſus xp̄s: et tanq̄ ſpōſaꝫ decorauit me corona. P̄s. Celi enarrant. an̄. Dexteram meam ⁊ collum meū cinxit lapidibus precioſis: tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. P̄s. Domini eſt terra. Verſus. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Lectio prima.

Seruus chriſti ambroſius virginibus ſacris. Diem feſtum ſacratiſſime virginis agnetis celebremus. Hinc pſalmi reſonent: inde concrepēt lectiones. Hinc populorū turbe letentur: ⁊ inde ſubleuent̄ pauperes chriſti. Omnes ergo gratulentur in dño: ⁊ ad edificationem virginum qualiter ſit paſ-
ſa beata agnes / ad memoriam
1 reuocemus. R̄. Diem feſtum ſa-
cratiſſime virginis celebremus: qualiter paſſa ſit beata agnes ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo etatis ſue anno mortem p̄didit et vitam inuenit: quia ſolum vite dilexit auctorem. V̄. Infantia quidē cōputabat̄ in annis: ſed erat immēſa ſenectus mētis. Tertiodecimo. Lectio ſecūda.

Tempore illo erat quedaꝫ virgo rome nobilibus orta natalibus: nomine agnes. Que certās cōtra principes et poteſtates tenebrarū / tertiodecimo etatis ſue anno mortem p̄didit ⁊ vitā inuenit: qꝫ ſolū vi-
te dilexit auctorē. Tu. R̄. Dexte- 2
ram meam ⁊ collum meum cinxit lapidibus p̄cioſis: tradidit aurib⁹ meis ineſtimabiles margaritas. Et circūdedit me vernātib⁹ atqꝫ coruſcātibus gēmis. V̄. Induit me dñs cyclade auro texta: et immenſis monilib⁹ ornauit me. Et circū. Lectio tertia.

Infantia quidē cōputabatur in annis: ſed erat immenſa ſenect⁹ mētis. Corpore quidem iuuēcula: ſed aīo cana. Pulchra facie: ſed pulchrior fide. Que dū a ſcholis reuertit̄: a prefecti vrbis filio adamatur. Cuius parētes cū eā req̄ſiſſent ceperūt plura offerre / ⁊ plurima promittere. Tu autem. R̄.
Induit me dñs veſtimēto ſalutis: et 3
indumēto letitie circundedit me. Et tanq̄ ſponſam decorauit me corona. V̄. Tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas: ⁊ circundedit me vernātibus atqꝫ coruſcātibus gēmis. Et. In ij. noctur. an̄. Chriſtus circūdedit me vernātibus atqꝫ coruſcātibus gēmis p̄cioſis. P̄s. Eructauit. an̄. Induit me dñs cyclade auro texta: ⁊ immēſis monilibus ornauit me. P̄s. Deus noſter refugium. an̄. Poſuit ſignum in faciem meā vt nullum preter illū amatorē admittā. P̄s. Fūdamēta. V̄. Specie. Lectio iiij.

Deniqꝫ detulit iuuenis ſecum precioſiſſima ornamenta: ⁊ omnium lapidū precioſorum gloriam. Et per ſeipſum et per amicos notos ⁊ affines / cepit aurem virginis appellare: domos / poſſeſſiones / familias / atqꝫ om̄es diuitias mūdi repromittere: ſi conſenſum

ſuum eiuſqꝫ coniugium non negaret.
4 Tu autem. ℟. Amo chriſtum
in cuius thalamum introiui: cuius
mater virgo eſt/ cuius pater feminam
neſcit/ cuius mihi oꝛgana modulatis
vocibus cantant. Quẽ cum amauero
caſta ſum/ cum tetigero mundaſum/
cum accepero virgo ſum. ℣.
Mel et lac ex eius oꝛe ſuſcepi: ⁊ ſanguis
eius oꝛnauit genas meas. Quẽ.

Ad hec beata agnes Lc. v.
tale iuueni fertur dediſſe
reſpõſum. Diſcede a me fomes
peccati/ nutrimentũ facinoꝛis/
pabulum moꝛtis. Diſcede a me
quia iam ab alto amatoꝛe preuẽta
ſum/ qui mihi ſatis melioꝛa
q̃ tu obtulit oꝛnamẽta: & anulo
fidei ſue ſubarrhauit me/
longe te nobilioꝛ & genere & dignitate.
5 Tu autẽ. ℟. Mel ⁊ lac
ex eius oꝛe ſuſcepi. Et ſanguis eius oꝛnauit
genas meas. ℣. Cuius pulchritudinem
ſol et luna mirantur ipſi ſoli
ſeruo fidem. Et ſanguis. Lectio. vj.

Audiens hec inſaniſſimus
iuuenis amoꝛe capit ceco:
& inter anguſtias animi et
coꝛpoꝛis anhelo cruciatur ſpiritu.
Et inter hec lecto pꝛoſternitur:
& ꝑ alta ſuſpiria amoꝛ medicis
6 aperitur. ℟. Ipſi ſum deſpõſata
cui angeli ſeruiũt: cuius pulchritudinem
ſol ⁊ luna mirantur. Ipſi ſoli
ſeruo fidem. Ipſi me tota deuotiõe
cõmitto. ℣. Dexteram meam ⁊ collum
meum cinxit lapidibus precioſis/
tradidit auribus meis ineſtimabiles
margaritas. Ipſi. Gloꝛia patri. Ipſi.
In. iij. noctur. Añ. Mel et lac ex
eius oꝛe ſuſcepi: et ſanguis eius oꝛnauit
genas meas. Ps. Cantate. j. Ã.
Cuius pulchritudinem ſol et luna mirantur
ipſi ſoli ſeruo fidem. Ps. Dominus
regnauit exultet. Ã. Ipſi
ſoli ſeruo fidem: ipſi me tota deuotione
committo. Ps. Cantate. ij.
℣. Adiuuabit eam deus. Lcõ. vij.

Cumqꝫ interrogaſſet preſes
quis eſſet ſponſus de
cuius agnes poteſtate gloꝛiabatur:
extitit quidam ex paraſitis
qui diceret hanc chꝛiſtianã
eſſe ab infantia/ et magicis artibus
ita occupatam/ vt dicat
ſponſum ſuũ chꝛiſtum eſſe. Tu
autem. ℟. Iam coꝛpus eius coꝛpori
meo ſociatum eſt: et ſanguis eius 7
oꝛnauit genas meas. Cuius mater virgo
eſt: cuius pater feminã neſcit. ℣.
Ipſi ſum deſponſata cui angeli ſeruiunt:
cuius pulchritudinem ſol ⁊ luna
mirãtur. Cuius. Lectio octaua.

Audiens autem hec prefectus
letus efficitur: & miſſo
apparitoꝛe cum grandi ſtrepitu
ſuis eam tribunalibus precipit
aſſiſti. Et primũ quidem
blandis eam ſermonibus ſecretius
pꝛouocat: deinde terroꝛib⁹
pulſat. Sed chꝛiſti virgo nec
blãdimẽto ſeducitur/ nec terroꝛe
concutitur: ſed eodẽ vultu eodemqꝫ
animo pſeuerans/ & terrentem
ſimiliter vt blandientẽ
animo deridebat. ℟. Omnipotẽs
adoꝛande/ colende/ tremẽde: benedico 8
te. Quia per filium tuum vnigenitum
euaſi minas hominum impioꝝ:
et ſpurcitias diaboli impolluto calle
tranſiui. ℣. Te confiteoꝛ labijs:
te coꝛde/ te totis viſceribus concupiſco.
Quia. Lectio nona.

Poſt hec paſchaſius vrbis

rome prefectus iuſſit ignem copioſum accendi: ⁊ eã in medio iactari. Statimq; in duas ꝑtes flãme ſunt diuiſe: eamq; in nullo penitus contingebat incendium. Tũc paſchaſius gladium in gutture virginis mergi ꝑcepit: atq; de ſanguinis ſui rubore ꝑfuſam chriſtus ſibi martyrem et ſponſam dedicauit. Parentes vero eius cũ omni gaudio abſtulerunt corpus: ⁊ honorifice ſepelierunt. ℟. Stat a dextris eius agnus niue candidior. Chriſtus ſibi ſponſam ⁊ martyrem conſecrauit. ℣. Parentes vero eius cum omni gaudio abſtulerunt corpus eiꝰ: et poſuerũt illud ĩ monumento. Chriſtus. Gloria. Chriſtus. ℣. Ora ꝑ nobis beata agnes. In laudibus añs.

1 Ingreſſa agnes turpitudinis locũ:
angelum dñi preparatum inuenit. ps.
2 Dñs regnauit. Añ. Mecum enĩ
habeo cuſtodem corporis mei ange-
3 lum dñi. ps. Jubilate deo. Añ. Ip-
ſi ſum deſponſata cui angeli ſeruiũt:
cuius pulchritudinem ſol et luna mi-
4 rantur. ps. Deus deus meus. Añ.
Benedico te pater dñi mei ieſu chri-
ſti: qꝛ per filium tuum ignis extinctus
eſt a latere meo. ps. Benedicite.
5 Añ. Congaudete mecum ⁊ congratu-
lamini: quia cum his oĩbus lucidas
ſedes accepi. ps. Laudate dñm de
celis. cꝑm. Confitebor. hyꝰ. Je-
ſu corona. ℣. Adducentur. añs.

Stans beata agnes in medio flãme expanſis manibus orabat ad dominũ: omnipotens adorande / colende / tremende / benedico te: ⁊ glorifico nomẽ tuum ĩ eternum. ps. Benedictus. oro. Oĩpotẽs ſempiterne deꝰ. Memoria de ſancta maria. Ad primam Añ. Ingreſſa agnes. ps. Deus in nomine tuo. Ad. iij. Añ. Mecum enim. ps. Legem pone. cap. ℟. et ℣. de cõmuni vnius virginis ⁊ marty. ad oẽs horas dicãtur. Ad. vj. Añ. Ipſi ſum. ps. Defecit. Ad. ix. Añ. Congaudete. ps. Mirabilia.

¶ Sancti vincẽtij martyris. Ad veſpas ſuper ps. añs. Iſte ſanctus. cꝑm. Beatus vir q̃ ſuffert. ℟. Leuita vincentius quod a duobus inſuperiori gradu cẽſetur. hyꝰ. Martyr dei. ℣. Gloria ⁊ honore. añs. Sacrũ huius diei ſolennitatem humili celebremus deuotione: qua inuictus chriſti martyr vincentius tyranno deuicto inſignem victorie palmã celo gaudẽs intulit. ps. Magt. oro.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus / beati vincẽtij martyris tui interceſſione liberemur. Per dominum. Memoria de ſancta agnete. Añ. Ecce quod concupiui iam video / quod ſperaui iam teneo: illi ſum iuncta in celo / quẽ in terris poſita tota deuotione dilexi. ℣. Adducentur. oro. Omnipotens ſempiterne deus. Memoria de ſancta maria. Ad matutinas inuitatorium. Vincentem mundum adoremꝰ dñm. In quo preſſuras mũdi martyr vicit vincentiꝰ. ps. Venite. hyꝰ. Martyr dei. In. j. noc. Añ. Sãctꝰ vincẽtiꝰ a pueritia ſtudijs litteraꝝ traditꝰ: ſupna ſibi ꝓuidẽte clemẽtia / gemina ſciẽtia efficaciſſime claruit. ps. Beatus vir. Añ. Sanctitate quoq; inſignis diaconũ arce ſuſce pta: vices pontificis diligenter exequebatur. ℣. Quare fremuerũt. ãn. Ualerius igitur epiſcopus ⁊ leuita vincentius ſpe fruendi victorie diuinitus ſubnixi: in confeſſione deitatis alacriter cucurrerunt. ps. Domine quid multiplicati. Gloria. Gloria et honore. Lectio prima.

Sanctus vincentius a pueritia ſtudijs literarũ traditus: ſuperna prouidẽte clemẽtia que ſibi eum ꝓuidebat vas electionis futurũ: gemina ſciẽtia ſub beato valerio ceſarauguſte ciuitatis antiſtite efficaciſſime claruit. A quo etiã ſanctitate inſignis diaconij arceꝫ ſuſcepit. Tu autẽ domine miſerere nr̃i. I ℟. Sacrã preſentis diei ſolennitatem humili celebremus deuotione: qua inuictus chriſti martyr vincentius tyranno deuicto: Inſignẽ victorie palmã celo gaudens intulit. ℣. Peracto paſſionis ſue venerãdo triumpho angelorum cetibus comitatus. Inſignem. Lectio ſecunda.

Cum igitur apud ceſarauguſtaꝫ ciuitatẽ dacianus quidam ſacrilegus cauſa ſeuiẽdi in chriſtianos veniſſet: epiſcopos ac preſbyteros ceteroſqꝫ ſacri ordinis miniſtros/ ſpiritu nequitie exagitatus rapi p̃cepit. Protinus ergo valerius epiſcopus et vincentius archidiaconus/ fidei ſoliditate ⁊ ſpe fruendi victoria ſubnixi: in cõfeſſiõe deitatis alacriter cucurrerunt. Tãto feliciores ſe eſſe futuros credentes: quãto acriora tyrãni ſupplicia pia lõganimitate certaſſent euincere. Vñ certaminis ac penarũ dilatio: remunerationis eis videbatur diminutio. ℟. Sanctus vincẽtius chriſti martyr prouidẽte ſuperna clementia: que ſibi eum preuidebat vas electionis futurum. Gemina ſcientia efficaciſſime claruit. ℣. Sanctitate quoqꝫ inſignis diaconij arce ſuſcepta: vices pontificis diligenter exequebatur. Gemina. Lectio tertia.

Dacianus autem hoc videns: ſanctos dei (primo valerium) ſub carcerali cuſtodia/ ⁊ famis miſeria/ ac catenaruꝫ ſtridore pertrahi precepit. Cumqꝫ eos iam pene defeciſſe crederet/ educi e carcere iuſſit: nolens eos ante tormenta vitã finire. Quibus proponebat qđ nec mortuus ꝑceret: ſi deoꝝ ſuorũ culturã remiſiſſẽt recipe. ℟. Leuita vincentius dixit beato valerio: ſi iubes pater ſancte/ reſponſis iudicem aggrediar: iam tibi fili chariſſime diuini verbi curam commiſeram. Nũc quoqꝫ pro fide qua aſtam⁹: reſponſa committo. ℣. Tibi enim gemina ſcientia pollẽti ac ſuperni amoris igne feruẽti: celeſtis olim doctrine miniſterium delegaui. Nunc. Gloria. Nunc. In ſecũdo nocturno. ãn. Tanto nanqꝫ feliciores ſe eſſe credebant: quanto ampliora tyranni ſupplicia pia lõganimitate certaſſent euincere. ps. Cum inuocarem. ãn. Leuita vincentius dixit beato valerio: ſi iubes pater ſancte reſponſis iudicem aggrediar. ps. Verba mea. ãn. Iam tibi fili chariſſime diuini verbi curam commiſeram: nunc quoqꝫ pro fide qua aſtamus reſponſa committo. ps. Domine dominus noſter. ℣.

poſuiſti domine. Lectio quarta.

Quibus eductis: dacianus conuerſus ad epiſcopuȝ/ dixit. Monemus te vt dijs libamina perſoluas: quatenus inferioꝛes tuo exemplo faciliꝰ perſoluant. Cumqꝫ epiſcopus reticeret: ait vincentius. Si iubes pater ſancte: reſponſis iudiceȝ aggrediar. Cui epiſcopus ait. Dudum tibi fili chariſſime diuini verbi curam commiſeram: nunc quoqꝫ ꝓ fide qua aſſtamus reſponſa committo. Tu auteȝ.

4 ℟. Ecce iam in ſublime agoꝛ et omnes pꝛincipes tuos ſeculo altioꝛ tyrāne deſpicio: nolo vt gloꝛiam meā minuas/ nec damna inferas laudi. Paratus ſum enī ad omnia toꝛmenta pro ſaluatoꝛis nomine ſuſtinenda. ℣. Inſurge ergo et toto malignitatis ſpiritu debacchare: videbis me dei virtute plus poſſe dū toꝛqueoꝛ q̄ poſſis ipſe qui toꝛques. Paratus. Lectio. v.

Tunc beatus vincentius conuerſus ad dacianum: dixit. Nephariū apud chꝛiſtianoꝛum pꝛudentiam eſſe cognoſce: deitatis cultum abnegādo blaſphemare. Et ne te longiꝰ pertrahā/ pꝛofitemur nos chꝛiſtiane religionis eſſe cultoꝛes: et vnius ac veri dei permanentis in ſecula famulos et teſtes. Minas tuas ⁊ ſupplicia nō metuentes: ſed potius moꝛtem ꝓ veritate libentiſſime amplectētes. Tu autem domine. ℟. iij.

5 Aſſumptꝰ ex equuleo leuita vincentius atqꝫ ad patibuluȝ raptus: toꝛtoꝛes ſuos pene pꝛeueniens. Moꝛas carnificum arguendo/ ad penam alacriter pꝛoperabat. ℣. Intrepidus itaqꝫ dei athleta candentis ferri machinam vltro cōſcendebat. Moꝛas. Lectio. vj.

Dacianꝰ hoc audiens: ait. Amouete hinc epiſcopū iſtum. Iuſtū eſt enim euȝ ſubire exilium: quia imperiale contempſit edictum. Maioꝛibus autem hunc rebellem qui in cōtumeliam publicam venit: exhibete toꝛmētis. Animoſitati enim eius video inferenda eſſe ſupplicia maioꝛa. Applicate ergo vincentium ad equuleuȝ: membꝛis diſtendite: ⁊ toto coꝛpoꝛe diſſipate. Hāc penam ante ipſa toꝛmenta ſuſtineat. Tu autem.

℟. Chꝛiſti miles gloꝛioſus leuita vincentius: vt tribunal ſponte rogum conſcendit intrepidus. Cuius ſalis crepitātis per coꝛpus minutie. Sparſim ibant/ atqꝫ pꝛune vernabantur ſanguine. ℣. Inter hec manet immotus ille dei famulus/ oꝛans xp̄m in ſublime erectis luminibus. Cuius. Gloꝛia. Sparſim. 6

In. iij. noctur. Añ. Beatus vincentius cuius iam mens cōſcia erat coꝛone/ dixit daciano: hactenus a te habitus ſermō de negāda fide peroꝛauit. ℣. In domino confido. Añ. Nephariū tamen apud chꝛiſtianoꝛum pꝛudentiaȝ eſſe cognoſce deitatis cultum abnegando blaſphemare. ℣. Domine quis habi. Añ. Pꝛofitemur enim chꝛiſtiane religionis nos eſſe cultoꝛes: ac vnius veri dei permanentis in ſecula famulos ⁊ teſtes. ℣. Domine in virtute. Añ. Iuſtus vt palma. Lectio ſeptima.

Inter hec dacianꝰ pꝛeſes dixit. Quid dicis o vincenti: vel vbi conſpicis tuum iam

miſerabile corpus. At ille pre-
ſentia dei roboratus: alacri vul
tu reſpondit. Hoc eſt quod ſem-
per optaui: hoc eſt qđ votis om
nibus exquiſiui. Nemo mihi a-
micior: nemo familiarior vnꝗ̃
fuit. Tu ſolus maxime votis
7 meis cõcordas. ℟. Beatus athle-
ta vincentius horrendo clauſus erga
ſtulo carceris: pſalmū deo ⁊ hymnū/
angelorum frequentia roboratus le-
tus dicebat. Quorum vallatus cater-
ua venerando fouebatur obſequio: et
mulcebatur alloquio. ℣. Dantur er
go laudes deo altiſſimo: ⁊ reſonante
organo angelice vocis modulata ſua-
uitas ꝓcul diffundit. Quorū. Lec. viij.

Tunc truculẽtus miniſter
ꝓferri lectum cum ferra-
tis iuſſerat coſtis: et addita ſup
carbonum congerie/ exurendū
dei martyrẽ applicari. Intrepi
dus itaq; dei athleta: candẽtis
ferri machinam vltro conſcen-
dit. Sanctus ergo dei torquetur/
flagellatur/ exuritur: ⁊ diſtẽtis
membris creſcit ad penam. Et
inter hec manet dei ſeruus im-
motus: ⁊ erectis in celſi lumini
bus dominum precabatur. ℟.
8 Agnoſce o vincenti inuictiſſime: pro
cuius nomine fideliter decertaſti. Ip
ſe tibi coronam preparatam ſeruat in
celis: qui te fecit victorem in penis.
℣. Eſto igitur iam ſecurus de p̄mio/
q: mox depoſito onere carnis: ſuꝑo e-
ris additus collegio. Ipſe. Lec. ix.

Videns itaq; dacianus q
eū ſuperare non poſſet/
iuſſit eū in lecto molliori repo-
ni: vt mẽbra penis attrita refo
ueat: ⁊ iterum nouis ⁊ exquiſi-
tis ſupplicijs innouat⁹ ipſe ſub-
datur. Verū daciano inaniter
tractante de ſupplicio: chriſtus
clementer diſpoſuit de premio.
Delatus nanq; martyr dei ad
lectulum: mox precioſam reſolu
tus in mortem/ celo ſpiritū red
didit. Tu autem dñe. ℟. Precio 9
ſus martyr vincentius iuſſu tyranni
ad lectum defertur: nouis denuo ſup-
plicijs ſubdendus. Mox ergo chriſti
teſtis inuictus in ſtratu mollitie re-
poſitus: precioſam in mortem reſolu-
tus reddidit celo ſpiritum. ℣. Da-
ciano fruſtra cogitante de ſupplicio:
benignus deus pie diſponit de p̄mio.
Mox ergo. Gloria. Mox. ℣. Ora pro
nobis. In laudibus antiphona.

Aſſumptus ex equuleo leuita vincẽ-
tius/ atq; ad patibulum raptus: mo- 1
ras carnificum arguendo ad penam
alacriter properabat. Ps. Dñs re-
gnauit decor. An. Intrepidus itaq;
candentis ferri machinam vltro con 2
ſcendens/ ac manens immotus: ere-
ctis in celum luminibus dominū pre-
cabatur. Ps. Jubilate. A. Hinc hor-
rendo carceris clauſus ergaſtulo/ dei 3
athleta angelorum venerando foue-
batur obſequio: ⁊ mulcebatur alloq̄o.
Ps. Deus deus meus. Aña. Agno-
ſce o vincenti inuictiſſime: quia pro 4
cuius nomine fideliter decertaſti: ip-
ſe tibi coronam preparatam ſeruat in
celeſtibus. Ps. Benedicite. Aña.
Dantur ergo laudes deo altiſſimo: et 5
reſonante organo angelice vocis mo-
dulata ſuauitas procul diffunditur.
Ps. Laudate dñm de celis. cap.
de cõi vni⁹ martyris. Hymn⁹.

Chriſti miles glorioſus le-
uita vincentius: vt tribu-

nal ſponte rogum conſcēdit intrepidus: cuius ſalis crepitantis per corpus minutie.

Sparſim ibāt atq; prune vernabantur ſanguine: inter hec manet immotus ille dei famulus: orans chriſtum in ſublime erectis luminibus.

Gloria ꝛ honor. ℣. Juſtus germinabit. ā. Egregius martyr dei vincentius diris tormentorum ſupplicijs pro chriſto alacriter ſuperatis: ac felicis pugne agone conſtanter expleto: tandē precioſam reſolutus in mortem/celo triumphans ſpiritum reddidit. ps. Benedictus. oro. Adeſto dn̄e. Memoria de ſancta maria. Ad primā ān. Aſſumptus ex equuleo. ps. Deus in nomie tuo. Ad tertiā ān. Intrepidus. ps. Legem pone. Cap. ℟. et ℣. de cōmuni vnius martyris ad om̄es horas dicant̄ cū oratiōe p̄dicta. Ad. vj. ā. Hinc horrendo. ps. Defecit. Ad. ix. ān. Dantur ergo. ps. Mirabilia. Ad ſecūdas veſpas ān. Aſſumptus. pſalmi fer. cap. de cōmuni vnius marty. hy⁹. Chriſti miles. ℣⁹. Juſtus germinabit. ān. Beatus vincentius applicatus tormentis alacri vultu dei preſentia roboratus dixit: hoc eſt quod ſemper optaui et votis omnibus exquiſiui. ps. Magnificat. oro. Adeſto dn̄e. Memoria de ſctā maria.

¶ In conuerſione ſancti pauli. Ad veſperas ſuper pſalmos. ā.

Lux de celo circūfulſit ſaulū: ꝛ cadēs in terrā audiuit vocem dicentē ſibi: ſaule ſaule/quid me perſequeris? qui dixit/quiſnam es domine? ego ſum ieſus nazarenus quem tu perſequeris: durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. pſalmi feriales. Capitulum.

Act. ix. A

Saulus adhuc ſpirās minarum ꝛ cedis in diſcipulos domini: cum iter faceret cōtigit vt appropinquaret damaſco: ꝛ ſubito circumfulſit eū lux de celo. ℟. Sancte paule. Verſus. Ut digni efficiamur. Hymnus. s

Doctor egregie paule mores inſtrue: et mente polum nos transferre ſatage: donec perfectū largiatur plenius / euacuato qđ ex parte gerim⁹.

Annue chriſte. ℣. In omnē terram. ān. Elegit dominus virum de plebe: et claritatem viſionis eterne dedit illi: celebremus conuerſionem ſancti pauli apoſtoli. ps. Magt̄. Or.

Deus qui vniuerſum mūdū bti pauli apoſtoli tui predicatione docuiſti: da nobis (queſumus) vt qui eius hodie conuerſionem colimus / p eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum. Memoria de ſancto preiecto martyre. ān. Hic eſt vere martyr. Verſus. Gloria et honore coronaſti eum dn̄e. Oratio.

Martyris tui preiecti nos queſumus domine interuentio glorioſa commendet: vt quod noſtris meritis non valemus / eius precibus conſequamur. Per chriſtum dominum. Memoria de ſancta maria. Si hoc feſtum in aliqua dominica ante ſeptuageſimā contigerit: totum ſeruitium fiat de feſto/et fiat memoria in primis de ſancto preiecto martyre: deinde de dn̄ica: et poſtea de ſācta maria.

Ad matutinas inuita. Laudem⁹ ieſum chriſtum. In conuerſione pauli apoſtoli. ps. Venite. hy⁹. Doctor egregie. Annue chriſte.

In .j. noctur. añ. Saulus adhuc ſpirans minarū ꝛ cedis in diſcipulos dñi/ abijt ad principem ſacerdotum: ꝛ petijt illum vt vbicunqꝫ inueniret huius vie viros/ vinctos ꝑduceret hieruſalem. ps. Celi enarrãt. Finito pſal. ſtatim incipiatur ℟. Paternarū. a cantore: et perficiatur a choro antequam inchoetur añ. poſt pſal. quod per totum annum obſeruetur in ℟ibus añarū cantan. ad matuti. vel ad laud. ℟. Paternarum traditionū amplius emulator exiſtens. añ. Ibat igitur ſaulus furia inuectus: dirūqꝫ toto pectore virus efflabat: ꝛ ſanctorum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiebat. ps. Benedicam. ℟. Per totam iudeã inſania ferebatur: vt chriſti membra laniaret in terris. añ. Et ſubito circūfulſit eum lux de celo: et cecidit in terram: nihilqꝫ videbat. ps. Eructauit. ℟. Audiuit autem vocẽ dicentẽ ſibi: ſaule ſaule/ quid me perſequeris? ℟. In omnem terram. Lectio prima.

Saulus adhuc ſpirãs minarum ꝗ cedis in diſcipulos dñi. Preſens lectio actuum apoſtolorum pronūciat fratres chariſſimi: quomodo apoſtolus paulus (cuius ſingularem hodie feſtiuitatem colimus) ſeuiſſimus ꝑſecutor chriſti eccleſiarum/ predicator ꝗ doctor factus eſt chriſtianorum. ℟. Saulus ad- 1 huc ſpirans minarum et cedis in diſcipulos domini/ Abijt ad principem ſacerdotum: ꝛ petijt illum vt vbicūqꝫ inueniret huius vie viros/ vinctos perduceret hieruſalem. ℣. Ibat igitur ſaulus furia inuectus: dirūqꝫ toto pectore virus efflabat. Abijt. Lc. ij.

Chriſtus enim occidit in eo ſeuitiam: et reuiuiſcere fecit in eo manſuetudinẽ veram. Impleta eſt in eo prophetia beati patriarche iacob: qui cum benediceret filiū ſuū beniamin ait. Beniamin lupus rapax mane comedet predam: et veſpere diuidet ſpolia. ℟. Ibat igitur ſaulus furia inuectus: dirūqꝫ 2 toto pectore virus efflabat. Et ſanctorum ſanguinẽ ſine intermiſſione ſitiebat. ℣. Per totam iudeam inſania ferebatur vt chriſti membra laniaret in terris. Et ſanctorum. Lectio. iij.

Qui enim nunc paulus poſt conuerſionem dictus eſt: antea cum in impietate perſiſteret/ ſaulus vocabatur. Quia enim cõmutauit opera: cõmutauit et nomen. Erat de tribu beniamin. Eratqꝫ lupus mane: id eſt prius ꝑſecutor chriſtianorum: veſpere (id eſt poſtea) per chriſti gratiam cõmutatus. Diuiſit ſpolia: id eſt mirifice euangelica ſacramenta cõmunicauit. ℟. A chriſto de celo vocatus et in 3 terram proſtratus/ ex ꝑſecutore effectus eſt vas electionis: ꝛ plus omnibus laborans multo latius inter omnes verbi gratiã ſeminauit. Atqꝫ doctrinam euãgelicam Sua predicatione compleuit. ℣. Inter apoſtolos vocatione nouiſſimus/ predicatione primus: nomen chriſti multarum manifeſtauit gẽtium populis. Atqꝫ doctrinam. Gloria patri. Sua ꝑdicatione.

In .ij. noctur. An. Saule ſaule q̄d me perſequeris? q̄s es dñe? ego ſum ieſus quem tu perſeq̄ris: durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Ps. Omnes gentes. ℣. Circūfulſit eum lux de celo ⁊ audiuit vocem dicē tem ſibi. An. Saulus autem tremens ac ſtupens dixit ad ieſum: dñe q̄d me vis facere? ait autem dñs ad eum: ſurge ⁊ ingredere ciuitatē / ⁊ ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Ps. Exaudi deus deprecationem. ℣. Viri autem illi q̄ comitabātur cū eo ſtabāt ſtupefacti. An. A chriſto de celo vocatus ⁊ in terram proſtratus: ex ꝑſecutor effectus eſt vas electionis. Ps. Exaudi deus orationē. ℣. Proſtrat⁹ eſt ſeuiſſimus ꝑſecutor ſed erectus eſt fideliſſimus predicator. ℣. Conſtitues eos. Lectio .iiij.

Audiamus eum mane comedentem predam. Saulus adhuc ſpirans minarū ⁊ cedis in diſcipulos domini: perijt et accepit epiſtolas a principibus ſacerdotum in damaſcum (vbi iam magna pars fidelium erat) vt quoſcūq; inueniret huius vie viros ac mulieres ī chriſtum credentes: vinctos perduceret in hieruſalē ad martyriū.

4 ℟. Uade anania ⁊ quere ſaulum q̄ vas electionis eſt mihi. Ut portet nomen meum coram gentibus ⁊ regib⁹ et filijs iſrael. ℣. Ego enī oſtendā illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Ut portet. Lectio quinta.

Et dum iter faceret: contigit vt appropinquaret damaſco. Et ſubito circūfulſit eū lux de celo: et cadens in terram audiuit vocem dicentem ſibi. Saule ſaule: quid me perſequeris? Et ille. Quis es domine? Et dñs ad eum. Ego ſum ieſus nazarenus: quem tu perſequeris in fidelibus. Sed ſurge et ingredere ciuitatem: et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Tu autem. ℟. Ingreſſus 5
paulus in ſynagogas: Predicabat ieſum iudeis: affirmās quia hic eſt xp̄s. ℣. Stupebāt autē omnes q̄ eum audiebāt. Predicabat. Lectio ſexta.

Ananias quidam diſcipulus domini erat damaſci: cui dixit dominus. Surge ⁊ vade in vicum qui dicitur rectus: ⁊ quere ſaulum ⁊ accede ad eū: et ſigna eum charactere meo. Multa enim patietur pro nomine meo. Venit ergo ananias ⁊ baptizauit ſaulum impiū: et fecit nobis paulum predicatorem pium. Baptizauit lupū: et fecit agnum. Poſteaq; cepimus eum habere predicatorē: quem habuimus ante perſecutorem. ℟. Magnus ſanctus paulus 6
vas electionis vere digne eſt glorificādus. Qui et meruit thronū duodecimum poſſidere. ℣. A chriſto de celo vocatus et in terrā proſtratus: ex perſecutore effectus eſt vas electionis. Qui. Gloria patri. Qui. In .iij. nocturno. An. Viri autem qui comitabantur cum eo ſtabāt ſtupefacti: audientes quidem vocem / ſed neminē videntes. Ps. Confitebimur. ℣. Saulus autem cadens in terrā apertiſq; oculis nihil videbat. An. Ad manus autem illū trahentes introduxerūt damaſcū: ⁊ erat ibi tribus diebus non videns / et non manducauit

neqꝫ bibit. Ps. Dominus regna-
uit exul. ℣. Surrexit autem ſaulꝰ
de terra: apertiſqꝫ oculis nihil vide-
bat. ℣. Vade anania ⁊ quere ſaulum/
ecce enim oꝛat: quia vas electiōis eſt
mihi: vt poꝛtet nomen meum coꝛā gē-
tibus et regibus et filijs iſrael. Ps.
Dominus regnauit iraſcant.
℣. Dixit autem dominus in viſu ana-
nie. ℣°. Nimis honoꝛati. ¶ Euan-
gelium ſecundum Mattheū.

Cap. xix. IN illo tempoꝛe. Dixit ſi-
mon petrus ad ieſum. Ec-
ce nos reliquimus omnia ⁊ ſe-
cuti ſumus te. Quid ergo erit
nobis? Et reliqua. Homelia
beati hieronymi pb̄ri. Lect. vij.

Grandis fiducia. Petrus pi-
ſcatoꝛ erat / diues non fuerat /
cibos manu et arte querebat:
⁊ tamen loquitur confidenter.
Ecce nos reliquimus omnia.
Omnia enī reliquit: qui volū-
tatem habendi deſeruit. Sed
quia non ſufficit tantum relin-
quere: iungit quod perfectum
eſt. Et ſecuti ſumus te. Tu au-
7 tem. ℟. Tu es vas electionis ſan-
cte paule apoſtole: predicatoꝛ verita-
tis in vniuerſo mundo. Per quē om-
nes gentes cognouerunt gratiā dei.
℣. Intercede pro nobis ad deū qui
te elegit. Per quē. Lectio octaua.

Fecimꝰ quod iuſſiſti: quid
ergo dabis nobis p̄mij?
Ieſus autem dixit illis. Amen
dico vobis ꝙ vos q̄ ſecuti eſtis
me / in regeneratione cum ſede-
rit filius hominis in ſede maie-
ſtatis ſue: ſedebitis et vos ſuꝑ
ſedes duodecim / iudicātes duo-
decim tribus iſrael. Tu autē.

℟. Sancte paule apoſtole predica- 8
toꝛ veritatis et doctoꝛ gentium/ In-
tercede pro nobis ad deū qui te ele-
git. ℣°. Ut digni efficiamur gratia
dei, Intercede. Lectio nona.

Non dixit / qui reliquiſtis
omnia: hoc enim et ſocra-
tes fecit philoſophus: et multi
alij qui diuitias cōtempſerūt.
Sed / qui ſecuti eſtis me: quod
pꝛopꝛie apoſtoloꝝ eſt atqꝫ cre-
dentium. In regeneratione cū
ſederit filius hominis in ſede
maieſtatꝭ ſue: qn̄ ex moꝛtuis de
coꝛruptiōe reſurgent icoꝛrupti:
ſedebitis ⁊ vos in ſolijs iudicā-
tiū / condēnantes duodecim tri-
bus iſrael: quia vobis credenti-
bus illi credere noluerint. Et
omnis qui reliquerit domum /
vel fratres / vel ſoꝛoꝛes / aut pa-
trem / aut matrem / aut vxoꝛeꝫ /
aut filios / aut agros ꝓpter no-
men meum: centupluꝫ accipiet
et vitam eternam poſſidebit.
Tu autem domine. ℟m. Cele- 9
bꝛemus conuerſionē ſancti pauli apo-
ſtoli. Quia hodie ex ꝑſecutoꝛe factus
eſt vas electionis. ℣. Gaudent ange-
li et exultant archāgeli: et collaudāt
in celis filium dei. Quia hodie. Glo-
ria patri. Quia. ℣ Dediſti heredita-
tem. ℟ Timentibus nomen tuum.
In laudibus. An. Saulus qui et 1
paulus: magnus pꝛedicatoꝛ a deo con-
foꝛtatus conualeſcebat ⁊ confunde-
bat iudeos. Ps Dominus regna-
uit. ℣ Oſtendens quia hic eſt chri-
ſtus filius dei viui. An Saule frater 1
dominꝰ miſit me ieſus qui apparuit
tibi in via qua veniebas: vt videas ⁊
implearis ſpiritu ſancto. Ps Iubi-

late. ℟. Et abijt ananias: et introi-
uit in domum: et imponens ei manū
3 dixit. an̄. Sub manu continuo ana-
nie ceciderūt ſquāme ab oculis eiꝰ:
et ſurgens baptizatus eſt: ⁊ accipiēs
cibum confortatus eſt. ps. Deus
deus meus. ℟. Fuit autem cum di-
ſcipulis qui erant damaſci per dies
4 aliquot. an̄. Proſtratus eſt ſeuiſſimꝰ
perſecutor: ſed erectꝰ eſt fideliſſimꝰ
predicator: quos domine verbis edo
cet de te/ meritis ducat ad te. ps. Be
nedicite. ℟. Inter apoſtolos voca
tione nouiſſimus: predicatione pri-
5 mus. an̄. Ingreſſus paulus in ſyna-
Confeſſio non ſemper eſt vox peccatoꝛis. Confitemur enĩ ſiue laudãtes deuꝫ: ſiue accuſantes noſmetipſos. Pia eſt vtraqꝫ confeſſio. Qui confitetur viuit: etſi peccatoꝛ confitetur / vtriqꝫ a moꝛte reuixit. Cõfiteoꝛ tibi pater quia abſcõdiſti hec a ſapiẽtibus ⁊ pꝛudentibꝰ: et reuelaſti ea paruulis. Lectio octaua. Qui ſunt paruuli? Humiles. Qui ſunt ſapientes et prudentes? Superbi/ irridentes/ arrogantes/ falſo grandes. Dic te ſtultũ: et ſapiens eris. Sed dic et int⁹ dic: quia ſic eſt vt dicis. Si dicis/ noli coram hominib⁹ dicere: prorſus quod ad teipſm pertinet quod a natura tua tenebroſus es. Tu aũt. Lcõ. ix. Quid eſt enĩ aliud eſſe ſtultũ: niſi eſſe tenebroſum in corde? Ita pater: quia ſic fuit placitũ ante te. His vero verbis exempla hũilitatis accipimus: ne temere diſcutere ſuperna conſilia de aliorum vocatione/ alioꝝ de repulſione preſumamus.

Cetera de cõi vnius apoſtoli. Si ſo hoc feſtũ in .iiij. fer. in capite ieiunij euenerit/ differatur in craſtĩ. licet feſ. loci fuerit. Cum aũt biſſex. fuerit: feſ. ſancti mathie apli ſtat .iiij. die a cathedra ſancti petri ē litera bis numerata. Si hoc feſtũ in ſabbato primo poſt diez cinerũ contige. ibi celebretur: ⁊ ſecũ de veſpere de iſto feſto erunt: ⁊ ſolen. memo. de do. comple. vero quadrageſime non mutetur.

¶ Sancti dauidis epiſcopi ⁊ cõfeſſo. ix. lc. ſtant/ omnia de communi vnius confeſ. et pontifi. ſecundum vſũ Sar. Omnis hic ſequatur ſeruitiũ de ꝓprio ſancti dauid. ¶ Sancti dauidis epĩ et ꝯfeſ. Ad veſperas. An. Iuſtũ deduxit. pſalmi fer. capĩm. Ecce ſacerdos. Rꝟ. Miles chriſti. Hy⁹. Iſte cõfeſſor. ꝟ. Amauit eũ dñs.

An. Glorioſe preſul dauid ſuſcipe ſeruorum vota tuorum: ⁊ intercede ꝓ nobis ad dominũ. ꝟ. Magt. Oratio. Deus qui beatum confeſſorem tuum atq; pontificem angelo nunciante triginta annis anteꝙ naſceretur prediriſti: tribue nobis queſumus vt cuius feſtiuitatem colimus/ ei⁹ interceſſiõe ad eterna gaudia perueniam⁹. Per dominũ. Ad mat. ix. lc. ſtant. Lcõ. i. Beatus patricius natione britannus romanis diſciplinis erudit⁹: ⁊ virtutum meritis inſignitus. Cum in italie partibus vir diuturnam morã trahens in natale britannie ſolum reuerſus fuiſſet: domeſticam poſtmodum petens ꝓuinciam/ angularẽ repedauit terram: perluſtranſq; roſinam vallem intrauit. Lectio ſecunda. Cui angelus apparens dicit. Hanc tibi ſedem o patrici non prouidit deus: imo viri nonduꝫ nato/ ſed triginta ãnis poſthac naſcituro. Sic ergo vallis roſina dimittitur beato dauid nõdum nato: ſicut fuerat ab angelo nunciatum. Lectio tertia. Beatus vero dauid nondũ natus ſed in vtero materno cõcluſus: egregius predicator futurus diuinitus eſt oſtenſus. Cuꝫ enim quidaꝫ magiſter nomine gildas populum predicando informaret: et mater beati dauid pregnans eccleſiam intraret: gildas ſubito obmutuit/ ꝗ vltra ꝑdicare nõ ꝑſũpſit. L. iiij. Interrogatus autem a po pulo cur interrupta pꝛedicatione obmutuerat: reſpōdit. Ego communi loquela vos alloq̄ potui: pꝛedicare autem nō valui. Quia mulier que iam rogata exiuit eccleſiam: ad demōſtrandam ſue pꝛolis excellentiam / dum vobis v̄bū dei ꝓponerem monita celitꝰ ſuperuenit. Lc. v.

Cum autem complerent̄ dies natiuitatis eius ſecundū q̄ angelus pꝛedixerat: beatus dauid ingenuus oꝛtꝰ natalibus / lererice pꝛouincie pꝛincipis filiꝰ fuit. Ipſo igitur nato et in lucem emiſſo: diuina miracula minime defuerunt. Lectio ſexta.

Nam cum baptizaretur ab elbeo meneuenſi ep̄o redeunte de hybernia / ac tunc applicante:i poꝛtu qui dicitur gleys: ad ipſius baptizandi miniſterium fons limpidiſſime aque emanauit: qui nūq̄ antea viſus fuit.

Lc. vij. Vir quidā grandeuus cecꝰ a pueritia defectum habens in naſo qui eiꝰ faciem non modicū deturpabat: puerū de fonte leuauerat. Quē cū adhuc in ſinu ſuo teneret / intelligens infantis ſanctitatem accepit aquā in qua ter immerſus fuerat: et aſperſit ex ea faciem ſuam tribus vicibꝰ: ⁊ ſtatim lumen oculoꝝ ⁊ faciei integritatē mirabiliter eſt adeptꝰ. Tu autem dn̄e. Lctō octaua.

Puer aūt creſcebat plenꝰ ſpiritu ſctō: literarūq; addictꝰ ſtudijs ſuper oēs coetaneos pſpicacis ingenij velocitate ꝓficiebat. Adeo nanq; grā perfuſus erat: vt cōdiſcipuli eius niueā columbā cū roſtro aureo tanq̄ eum docentē ſe vidiſſe multotiens teſtarentur. Lectio. ix.

Crebꝛeſcentibus igitur in eo meritis: vir ſanctus ad ſacros gradatim oꝛdines ꝓuectus / tandē pontificali dignitate eſt ſublimatus. Sctūs vero dauid cū eſſet annoꝛū fere centum quadragita ſeptē: participato coꝛpoꝛe ⁊ ſanguine dn̄i moꝛe chꝛiſtiano: a iaꝫ ſanctiſſimā ſuo reddidit creatoꝛi. Ceta oia de cōf vniꝰ cōfeſ. ⁊ pōtifi.

¶ In feſto ſcti cedde ep̄i ⁊ ꝯfeſ. ix. lc. Nāc oia de cōi ſcdm vſū Sar. et ſecūdū vſum lichfeden. Ad. j. veſperas An. Germanoꝝ quatuoꝛ vnus eſt beatus cedda / quoꝝ quilibet erat conſecratus. Ps. Laudate pueri. An. Summo ſacerdotio duo conſecrantur: pꝛeſulatu ſimplici duo venerantur. Ps. Laudate dn̄m om. gen. An. His inerat numerus euangeliſtarum: per quos inde fieret hoꝝ opus ſacrū. Ps. Lauda aīa mea dn̄m. An. Omnes euangelium chꝛiſti pꝛedicarūt: et vepꝛes a vineis eiꝰ extirparunt. Ps. Laudate dn̄m. qm̄ bo. An. Cedda tantum ceteris erat pꝛeferendus: dignitate meriti maioꝛ et cenſendus. Ps. Lauda hieruſalem. Cap̄m. Ecce ſacerdos. Hym. O paſtoꝛ digne miſeris concede benigne Quē poſcunt a te cōfeſſoꝛ cedda beate. Vꝰ. Funde pꝛeces xp̄o ꝓ cetu iugiter iſto. Quod po. Gloꝛia. Quod. hyꝰ Iſte cōfeſſoꝛ. V. Amauit eū. An. Sis ꝓ nobis ſancte cedda patronus ad dn̄m: vt nos regat ⁊ perducat ad celi palatiū: vbi tecū ⁊ cū ſanctis ſimus in perpetuū. ps. Magt. vel An. Paſtor vigil gregis in medio ſacri verbi munit gladio: plantās mores expulſo vitio, quo preſente grex eſt in gaudio: ſed abſente caret ſolatio/ cui ſucceſſit pater filio. Oratio.

Deus qui ſanctorum tuorū meritis eccleſiā toto orbe diffuſā decoraſti: p̄ſta q̄ſumus vt oēs qui eius implorant auxiliū/ peticiōis ſue ſalutarē cōſequant̄ effectū. Per dn̄. Ad matuti. inuita. In qua vigent iugiter ſolennia. Virgo mater iubilet eccl'ia. ps. Venite. hy⁹. Iſte cōfeſſor. In .j. noc. an. Mūdi calcās gloriam cedda: declinauit corporis laſciuiam/ dū ſeſe clauſtrauit. ps. Beatus vir. An. Iugo ſe ſuppoſuit xp̄i quē dilexit: qui tenendā docuit viā quā direxit. ps. Quare fre. An. Quē eſt vite ſanctitas vt lux ſe monſtrauit: eboraci ciuitas archipreſulauit. ps. Dñe q̄d multi. V. Amauit. Lectio .j.

Quia nimirū quorūdā vita et ꝯuerſatio apud deū in celeſti gloria eterna eſſe procul dubio dignoſcitur: ipſos et terrenos memorie retinere ac venerari/ dignū atq; compendioſum non putatiue exiſtimē. 1 Tu autem domine. R̄m. Hunc quem magnum reddit auctoritas/ ceddam paruum facit humilitas. Cui nunq̄ deeſt benignitas. V⁹. Non attollit illum proſperitas: neq; frangit quevis aduerſitas. Cui. Lectio .ij.

Temporib⁹ igitur nordanhymbrorum regis/ fratris et in regnum ſucceſſoris illius chriſtianiſſimi regis oſwaldi: vir dei cedda in lindiſfarneū inſula in loco qui leſtingey dicit̄: in monaſterio ſancte marie monaſticam vitam iuxta ſanctorū patrum inſtitutionē ducebat. R̄. Hic legati verbo paruerat: cedās 2 ſedi cui prefuerat. Clauſtrum petit et non remurmurat. V. Sed indignum fore ſe dixerat tanta cura quam prius tenuerat. Clauſtrum. Lectio .iij.

Huius nanq; adminiſtrationis eccleſie a fratre ſuo cedda orientalium anglorū antiſtite digniſſimo/ q̄ eiuſdē monaſterij rectore piiſſimo: inſibi de mundo tranſeunte curā ſuſceperat. Tu autē domine. R̄. De quo deus ita diſpoſuit merciorū 3 quod inde prefuit. Gregi/ regēs hūc ſicut decuit. V⁹. Orans nocte debita docuit: per quem chriſti nomen innotuit. Gregi. Gloria patri. Gregi. In ſcdo noctur. An. Poſtes agni ſanguine ſuos tunc liniuit: crucis memor domini carnem dum puniuit. ps. Cum inuocarem. An. Pugnās cōtra vitia palmam acquiſiuit: armis nudam ferreis carnem dum veſtiuit. ps. Verba. An. Qui ſic fontem frigidum orans introiuit: et non corpus calido balneo nutriuit. ps. Domine dominus noſter. V⁹. Iuſtum deduxit dominus. Lectio quarta.

Fuere ſiquidem quatuor germani fratres: cedda ꝙ ſinibil et chelim et cedda. Et (quod raro inuenit̄) omnes ſacerdotes domini fuere p̄clari: et duo ex eis etiā ſummi ſacerdotij gradu functi ſunt. Tu autem domine. R̄m. Legem chriſti qui ſic tenuerat: et tenendam fore 4 docuerat. Vite finem ſcire meruerat.

℟. Hinc quiete corp⁹ trāſſerat: q̄ celeſti
regi ſeruierat. Uite. Lectio. v.
Exiſtat autem preſbyter vocabulo
cedda: frater reuerēdiſſimi
antiſtitis cedde/ cu⁹
ſuperius meminimus: ⁊ abbas
monaſterij illius quod vocatur
5 leſtingay. ℟. Poſtq̄ cedde lux p̄ſens
clauditur: laus ipſius a plebe canitur.
Hoſtes vincens hic non deuincitur.
℣. Uis vnguēti dum pixis frāgitur:
cunctis patet nec plus abſconditur.
Hoſtes vin. Lectio ſexta.
Miſitq̄ rex cum eo preſbyterum
ſummo vocabulo
cadheder: qui poſtea regnante
efrido eccleſie preſul factus eſt.
Verū illi cantiam peruenientes/
inuenerūt archiepiſcopum
deus dedit iam migraſſe de ſeculo:
et alium pro eo conſtitutū
fuiſſe pontificē. Tu autem. ℟.
6 Accurrentes ad eum languidi mox
curantur ⁊ epilentici. Surdi/ceci/et
paralytici. ℣. Claudi/curui/leproſi/
marcidi: valēt huius virtute medici.
Surdi. Gloria patri. Surdi. In. iij.
nocturno. An. Ab habenis mortui mortis
excitantur: furioſi vinculis confractis
ſanantur. Ps. Dn̄e quis habitabit.
An. Et curatis languidi vn̄
congratulantur: ſuis a languoribus
ſtatim liberantur. Ps. Dn̄e in virtute.
An. Aque mixte puluere tūbe
cum potantur: bibentes a varijs morbis
expurgantur. Ps. Dn̄i eſt terrā.
℣. Juſtus vt palma florebit.
¶ Euāgeliū ſcd̄m Matheum.
Cap. xxv. D In illo tēpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis parabolam
hanc. Homo quidam peregre
proficiſcens vocauit ſeruos ſuos:
⁊ tradidit illis bona ſua. Et
reliqua. Homelia bti gre. p. iii.
Conſecrat⁹ ergo in epiſcopum (L. vij.
cedda/ maximā mox cepit
eccleſiaſtice veritati ⁊ caſtitati
curam impēdere: humilitati/
continentie/ lectioni operam
dare: oppida/ rura/ caſas/ caſtella/
propter euangelizādum: nō
equitando ſed apoſtolorum more
pedibus incedendo peragrare.
Tu autē. ℟. Hic in carne viuens 7
angelice terram terit conuerſans celica:
chriſti legem ſeruando practice.
Plene quidē ⁊ non ecliptice. ℣. Unde
deus eum mirifice collocauit in
orbis apice. Plene quidem. lec. viij.
Sed libet nos adhuc pauca
de pluribus addere: de
q̄b⁹ experti ſum⁹. De eius vita ⁊
cōuerſatiōe: tam ante epiſcopatus
acceptionē/ q̄ in epiſcopatu.
℟. Cedde ſancti contactu loculi: 8
fantur muti/ clareſcunt oculi: quibus
viſis exultāt populi. Chriſti legis tabeſcunt
emuli. ℣. Fama tranſit in fines
ſeculi: q̄ ſic florēt diuini ſeruuli.
Chriſti legis tabeſcūt emuli. lec. ix.
Summi igitur pontificis ⁊
magni patroni btiſſimi
cedde meritis ⁊ titulis: inſignita
merciorū prouincia vſq̄quaq̄
refulget. Cuius maior virtutū
prerogatiua refertur/ q̄ literis
cōprehendi vel ore referri queat.
Tu autem. ℟. Pie paſtor ⁊ pater
ouium: merciorum gregis ſolatiū: 9
contra mundum carnem demonium/
Aſſit nobis per teremedium. ℣. Ut
finito curſu preſentium: capiamus eternum
brauium. Aſſit nobis. Gloria
patri. Aſſit. ℣. Ora pro nobis bea-

te cedde. ¶ In laudibus aña.
1 Clauſtri clauſus carcere cedda mo
nachatur: vt diuinis libere vacan
dis vtatur. ps. Dñs regnauit de
2 corem. aña. Cuius fama claruit ꝙ pō
tificatur: lucerna que latuit ne plus
3 abſcondatur. ps. Jubilate deo. añ.
Paſtor pauit populum pabulo doctri
ne/reddens receptaculum regule di
4 uine. ps. Deus deus meus. aña.
Preſulis officiū cedda ſic impleuit:
ꝙ cuiuſqꝫ vitiū generis deleuit. ps.
5 Benedicite. añ. Deuiantes mori
bus oues informauit: perſiſtētes acti
bus ſacris excitauit. ps. Laudate
dñm de celis. cap. Ecce ſacer
dos. hyꝰ. Jeſu redemptor. vſ.
Juſtus germinabit. aña. Preſul pie ſancte cedda ora deum pro nobis: ne peccatis aggrauati tradamur ſuppliciis: ſed perfruamur in celo perennibus gaudiis. ps. Benedictus. vel añ. Paſtor pie pro tuis ouibus ora chriſtum deuotis precibus: vt ſoluantur a lupi morſibus et ſint tecum in tuis edibus. ps. Benedictꝰ. oro. Deus qui ſanctorum. vt ſupra.

Ad ſcđas veſperas añ. Clauſtri. pſalmi feria. cap. Ecce ſacerdos. Rꝫ. Pie paſtor. hyꝰ. Jeſu redemptor. vſꝰ. Juſtus germinabit. An. Qui mores docuit purgando vitia: talenta duplicans cepit duplicia de manu domini regnans in gloria: quo nos aſcendere det chriſti gratia. ps. Magnificat. oro vt ſupra.

¶ Sanctarū ꝑpetue ꝛ felicitatis virginū ꝛ mar. iij. le. ſtat. Oro.

Da nobis quęſumus dñe deꝰ noſter ſanctarum perpetue ꝛ felicitatis martyrum tuarum palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente non poſſumus celebrare: humilibus ſaltem frequentemus obſequiis. Per dñm. Ad matutinas inuitatorium. Regem virginum. ps. Venite exultemꝰ. hyꝰ. Jeſu corona virginū. ſi in die. vnius virgi. Ꝟ. Adducent. Lec. j.

Acta itaqꝫ perſecutiōe ſub valerio ꝛ galieno imperatoribus: cōprehenſi ſunt ſatyrus ꝛ ſaturninus duo fratres: reuocatus et felicitas ſoror eiꝰ et ꝑpetua: qui iuſſi ſunt recludi in carcere. Pater perpetue audiens eam chriſtianā: irruit in eam volēs eruere oculos eius: ſed ex clamore confuſus exiuit de carcere. Lectio ſecunda.

Poſt hec perpetua dixit commartyribus ſuis. Vidi in viſu ſcalam anguſtam erectā ad celum: in cuius dextera ꝛ leua erant cultri ferrei: ꝛ ſub ea iacebat draco. Et ſuper eam aſcendit ſatyrus: ad nos dicēs. Aſcēdite mecū: nolite timere draconē. Vidi etiā in orto ameno ſenem ſedētem ꝛ oues mulgētes: qui et dedit nobis de fructu lactis. Quo audito gratias agentes deo: cognouerūt ſe ad palmam ꝑuenire martyrii. Lec. iij.

In die natalis ceſaris ſatyrus et perpetua a leonibus ſunt deuorati. Saturninꝰ vero ab vrſis exutus: gladio eſt percuſſus. Reuocatuſqꝫ et felicitas a leopardis martyriū impleuerūt. Rꝫ. ꝛ cetera de cōi plurimarum virginū. ¶ Sancti gregorii pape ꝛ doctoris duplex feſt. ix. le.

ſtam. cp̄m Ecce ſacerdos. Oro.

Deus q̄ anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia cōtuliſti: concede propitius vt qui peccatorū noſtrorum pondere p̄mimur/ eius apud te precibus ſubleuemur. P.

Vbicūq; hoc feſtum cōtige. ſub regulis feſti annūciatiōis btē marie celebretur/ ſicut ibidem ſubnotatū eſt: ita tñ q̄ ſi in ſab. ꝓximo ante. xl. hoc feſ. euen. ibidē celebretur. Et ſcde veſpe erunt de feſ. ꝯ ſolen. mēoria de dñica. Cōple. tñ tunc de. xl. nō mutetˀ: ſed poſt primas veſpas dicatˀ cōplet. ſicut in feſ. ſancte trinitatis. Ad matut. Lcō. j.

Gregorius papa inclytus/ in vrbe romana a patre gordiano matre vero ſiluia editus: de genere ſenatorū originem duxit. Qui nō ſine magno quodam preſagio: tale ſortitus eſt nomen. Gregorius nanq; ex greco eloquio: in noſtrā linguā vigilator/ ſiue vigilans ſonat. Reuera etenim vigilauit ſibi: dum diuinis inherendo preceptis/ laudabiliter vixit. R. ij. Vigilauit ꝯ fidelibus populis: dum doctrine affluētia ingenio eis quo tramite celeſtia ſcanderent patefecit. Lectio tertia.

Diſciplinis vero liberalibus (hoc eſt grāmatica/ rhetorica/ dialectica) ita a pueritia eſt inſtructus: vt nullus in vniuerſitate putaretˀ eſſe ſimilis. Hauriebatq; iam tūc ſitibūdo doctrine fluēta pectore: q̄ poſt ꝯgruēter mellifluo gutture eructaret. Hic etiā i annis adoleſcētie deo cepit deuotˀ exiſtere. Lco. iiij.

Tandem p̄re orbatˀ cū liberā diſponēdarū rerum ſuarū habuiſſet facultatē: mox oia q̄ habere poterat ad opˀ pietatis diſtribuit. Sex deniq; monaſteria i ſicilia cōſtruēs: fratres xp̄o illic ſeruiētes cōgregauit/ copioſeq; ditauit. Septimū ꝓ ſe intra vrbis romane muros inſtituit: in quo ꝯ ipſe poſtmodū regulari tramite (multis ſibi ſociatis fratribˀ) ſub abbatis imperio militauit. Lectio quinta.

Inerat ei deniq; tāta abſtinētia in cibis/ vigilātia in orationibˀ/ ſtrēnuitas in ieiunijs: vt infirmato ſtomacho vix ꝯſiſtere poſſet. Cernēs aūt romanˀ pōtifex ꝯtinuū gradibˀ gregoriū alta cōſcēdere: violēter eū a quiete monaſterij ſui abſtraxit: leuitamq; ſeptimum adſciuit adiutorium conſecrauit. Lectio. vj.

Non multo poſt ꝓ reſpōſis eccleſiaſticis ad vrbē cōſtātinopolim gregoriˀ eſt directˀ. In qua nouā hereſim de ſtatu nr̄e reſurrectiōis ita attriuit: vt nullus exinde inuētˀ ſit q̄ eiˀ ſuſcitator exiſteret. Poſt obitū pelagij pape: oīs clerˀ populuſq; romanˀ cōcorditer elegerūt gregoriū pōtificē. Cūq; tāto honore ſe indignū clamās/ ꝯſenſum generalitatis vitare nō poſſet: extra portas fugit triduo ſe occultans. Lectio ſeptima.

Poſt oratiōes ꝯ ieiunia populi tertia nocte columna lucis ſup eū celitˀ emiſſa: q̄rēti bus votum optabile demõſtrauit. Clamãte quodã anachorita cõtiguo vrbi: qꝛ angelos deſcẽdẽtes ⁊ aſcẽdẽtes ꝑ dictã colũnã ſuꝑ eũ vidit, ibidẽ rectorem abſcõditũ domus dei. lec. viij.

Mox dilectꝰ dei inuenitᷣ: ⁊ (licet inuitus) papa efficitᷣ. Directe itaqꝫ i angliã miſit ſeruos dei: inclytũ auguſtinũ ⁊ iohãnẽ cũ alijs: ꝗ regẽ cantie cũ ceteris īfra breue tã ꝑdicatiõe q̃ miraculis ꝯuertebãt. Multa etiã miracla ꝑ hũc oñdit diuia potẽtia.

Quedã materfamilias le. ix. de manu eiꝰ cõmunicatura: cũ oblationis ſue portionẽ ſibi dari cognouiſſet, ſubriſit. Cuius cordis errorẽ ſanctꝰ gregoriꝰ intelligẽs, portionẽ retinuit: ⁊ ſuper altare repoſuit. Cõpletiſqꝫ myſterijs: vt dñm populus dep̄caretᷣ admonuit. Factaqꝫ oratiõe: carnẽ digiti auricularis ſuꝑ altare cruentatã inuenit. Qua ꝯtrite cognita, ⁊ eadẽ portiõe ĩ priſtinã formã orãdo ꝯuerſa: eãdẽ mulierẽ cũ reliq̃s plurimã ĩ fide xp̃i cõfirmauit. Qui poſtq̃ ſedem apoſtolice eccleſie annis quatuordecim rexiſſet: plenus ꝟtutibꝰ migrauit ad dñm. Ad matu. cap̃. Bñdictionẽ. Cetera de cõi vnius ꝯfeſſoris ⁊ põtificꝭ.

¶ Sãcti edvvardi regis ⁊ marty. ix. lc. Ad p̄mas veſpas. An. Iſte ſanctꝰ. cap̃. Beatꝰ vir ꝗ in ſapiẽtia. ꝟſ. Beatꝰ vir ꝗ ſuffert. Or.

Deus eterni triũphatoꝝ īperij, familiã tuã ꝓpitiꝰ reſpice martyriũ regis edvvardi celebrãtẽ; ⁊ p̄ſta vt ſicut illũ munere glorificare dignaris celeſti, ita nos eiꝰ obtẽtu eterne felicitati facias dignãter aſcribi. Per dñm. Ad matuti. lc. j.

Sanctus edvvardus ĩ regni ſolio ſublimatꝰ: a rege regũ dño in om̄i via iuſtitie et veritatis dirigebatᷣ. Cuius auxilio fretus: magno ingenio animi, ⁊ ſumma humilitate indies creſcebat. Nã nouiter accepto honore: mox priſtine ꝓbitati ſuarũ hec incrementa virtutum accumulauit. Lectio ſcḋa.

Iuuenum videlicet et minus ſapiẽtium cõſilia poſtponere, dunſtani archipreſulis monita mẽte ſalubriter intẽdere, et ſecũdum eius cõſilium ⁊ alioruꝫ religioſoꝝ ſpectabiliũqꝫ virorum: oĩa ſua iudicia in om̄ibus ſtuduit exercere. Tunc erat in anglia pacis trãquillitas: magnaqꝫ rerũ opulẽtia. Lec. iij.

Sed totiꝰ bonitatis inimicus diabolus nouercã eius nomine alfrith: in odiũ ipſius concitauit. Que zelo inuidie ſuccẽſa ꝑſumptuoſa ꝯſilia cogitare cepit qualiter virũ dei a regno extirparet: vt filiꝰ eiꝰ etheldredꝰ in regno ſubſtitueretᷣ. Lc. iiij.

Quibuſdam igitur conſiliarijs propoſitum ſuum indicauit: orans ⁊ obteſtans vt ei aſſenſum preberent, et quo ordine id fieret cogitarẽt. Qui protinus om̄es in necem regis mitiſſimi cõſenſerũt: ⁊ quomodo id perficerẽt meditabantur. Confirmato venerabili viro in regno: cum tribus annis et octo menſib⁹ ſceptro hereditario potiretur: quadam die venādi gratia in ſiluaȝ acceſſit: iuxta villam que dicitur vvarhan: que admoduȝ grandis tunc habebatur. Tu autem. Lcō. v.

Deſiderans vero fratrem ſuū videre: ad domum nouerce que iuxta erat/ aſſumptis paucis ꝓfectus eſt. Et ecce ſubito in medio die ſpatio (hominibus ſuis ludentium moꝛe huc illucq̄ȝ diſperſis) rex abſq̄ȝ vllo comite ꝑmanſit. Tunc rex doli ignar⁹: ad domū nouerce ſue nemineȝ verens tendit. Quo cum appꝛopinquaret: nūciatum eſt regine impiiſſime regem edvvardū illuc ſolū aduenire. Lcō. vi.

Illa igitur ad explēda ſue nequitie deſideria adipiſciſſe tempus idoneū gaudens/ mox ei obuiā ꝓcedit: eūq̄ȝ blande ⁊ amicabiliter ad hoſpitium inuitat. Qui renuit: ⁊ fratrem ſuum ſe velle videre denūciat. Tūc impiiſſima regina potum afferri iuſſit: vt dum ille potum guſtaret/ ipſa quod cogitabat impleret. Interim vnus qui ſcelere maioꝛ erat/ ficta dilectione pacis ei oſculum offerebat: vt omnem ſuſpicionem auferens eū facilius ſuffocaret. Quod ⁊ factum eſt. Nam cum rex potum a pincerna ſuſcepiſſet ⁊ oꝛi ſuo appoſuiſſet: is qui ei oſculū intulerat/ ex aduerſo inſiſtens cultello mox eius viſcera tranſfixit. Sicq̄ȝ char⁹ dei de equo cadēs: ſpiritum exhalauit. Tres vltime lec. de expoſitione euangel. Si q̄s. Cetera de cōi vni⁹ martyr. Si hoc feſt. vel ſcti cuthberti vel ſācti benedicti infra paſ. dn̄i euen. celebrentur vſq̄ȝ ad tranſ. coꝛ: et ſtant ibi de eis ix. lc.

¶ Sancti cuthberti epī ⁊ confeſſoꝛis. ix. lc. ſtāt. Oꝛatio.

Deus qui per ineſtimabile munus gratie tue ſanctos tuos glorioſos facis eſſe: p̄ſta queſumus vt interueniente beato cuthberto confeſſoꝛe tuo atq̄ȝ pōtifice/ mereamur ad culmē virtutū ꝑuenire. P. Lcō. i.

Bone indolis adoleſcens cuthbertus/ cum quadam die inter pueros luderet: quidā puer quaſi triēnis ei occurrit/ et cū lachꝛymis ſibi ait. O ſanctiſſime antiſtes cuthberte: nō decet te int̄ pueros ludere: quē dominus magiſtrum maioꝛib⁹ natu deſtinauit. Lcō ſecūda.

Audiens puer cuthbert⁹ hec: rediens domum ſtabilioꝛ ex illo tp̄e cepit eſſe. Et relictis ſeculi rebus: monaſterialem diſciplinam ſubiit. Qui cum ſuſcipiendoꝝ officio deſeruiret: angelum domini ſuo (vt fert̄) ſuſcepit hoſpitio. Lectio tertia.

Quadam die dum iuuenē quēdam domum ingredi coegiſſet: pedeſq̄ȝ eius lauaſſet: ⁊ aquam lauandis manibus dediſſet: panē ad veſcēduȝ deferre voluit: ſed rediens hoſpitem non inuenit. Circūſpiciens autem veſtigia ei⁹ quo iſſet: nulla penit⁹ inuenit. Tu autem. Lcō. iiij.

Stupefactus igitur vidit ſupꝛa mēſam tres panes calidos inſoliti candoris / ac mire ſuauitatis: ⁊ dixit. Cerno ꝙ angelus dei ſit quem ſuſcepi. Quo viſo: maiorem ex hoc virtutibus operã dedit. Lectio. v.

Multis igitur virtutibus preditus: ad epiſcopatus culmen (licet inuitus) aſſumptus eſt. Qui cum parochiam ſuam circuiret ⁊ verbuꝫ dei predicaret: vxorem cuiuſdam comitis primam morti / a comite rogatꝰ in noīe domini aſperſiōe aque benedicte / plene ſanatam reddidit marito ſuo. Lectio ſexta.

Alio quoqꝫ tempore veniens quidam lōge egritudinis acerbitate tabefactus: ad eum acceſſit. Dataqꝫ ſup eum benedictione repulit peſtem: quã medicorum manus pigmentorum compoſitione nequiuerat. Lectio ſeptima ſine expo. euãge.

Ad quoddam etiam monaſterium veniens: dum circa meridianam quietem ſitire ſe diceret / aqua eius palato vinum ſapiebat. Frẽs ergo aſtãtes et inde bibentes / mirabantur adinuicẽ: dicentes ſe nunꝙ̃ meliꝰ vinū ãtea bibiſſe. L. viij.

Duobꝰ annis in regimine epiſcopali tranſactis: ſciẽs in ſpū vir domini cuthberthus appropinquare diem ſui tranſitꝰ: abiecit pōdus cure paſtoralis / atqꝫ ad dilectum eremitice cōuerſatiōis agonẽ ꝙ̃ tociꝰ remeare curauit. Quatenꝰ iolita ſibi ſolicitudinis mūdane ſpineta: liberior priſce cōpūctionis flamma conſumeret. Lectio nona.

Nunqꝫ duos fere mẽſes in deſerto quietis exultatione trãſiſſet: ſubita arreptus infirmitate / et tribus hebdomadis continuis eadē infirmitate decoctus (fratribus ſuis in dei ſeruitio confirmatis) exitum ſuum dñici corporis ſuſceptiōe muniuit: ⁊ erectis in celum oculis ſpiritū exhalauit. Cetera de cōi viriꝰ cōfeſ. et ponti. ¶ Scti bñdicti abbatis. ix. lectiões. fiãt. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: qui hodierna die carnis eductum ex gaſtulo beatiſſimum confeſſorem tuum benedictum ſubleuaſti ad celum: concede queſumꝰ hec feſta tuis famulis celebrantibus cunctorū veniam delictorū: vt qui exultãtibus animis eius claritate cōgaudent / ipſo apud te interueniente conſocientur et meritis. Per dominum. Lectio prima.

Fuit vir vite venerabilis gratia benedictꝰ ⁊ noīe: ab ipſo pueritie ſue tẽpore cor gerens ſenile. Etatem quippe moribus trãſiens: nulli animū voluptati dedit. Qui nobili genere de prouincia nurſie ortus: relictis domibus et rebus proprijs literarumqꝫ ſtudijs / ſctẽ conuerſationis habitum ſuſcepit. Tu autem. Lectio ſecūda.

Quem ſequẽs ſua nutrix que ipſum ardẽtiꝰ amabat: ad purgandum triticum a vicina muliere capiſterium petijt. Quod dum incaute ſup menſam poſt ſe reliquit / caſu fractum eſt: ob quod vehemẽter flebat. Lec. iij.

Huius dolori cōpatiens benedictus: facta oratione illud integrum nutrici ſue reddidit / eam conſolādo. Hic plus appetens mala mundi ꝑpeti ꝙ laudes: nutricē ſuam occulte fugiēs / deſerti loci ſeceſſum petijt. Quo cum ꝑgeret / monachus quidaꝫ romanus eum ſuſcepit: et quo tēderet inquiſiuit. Cuius cū deſiderium cognouiſſet: ⁊ ſecretū tenuit / ⁊ ſancte conuerſationis habitum tradidit. Lectio. iiij.

Vir dei i arcto ſpecu ſe tradidit: tribuſq; annis (excepto romano monacho) hominibus incognit⁹ māſit. Cūq; placuit deo vitam eius exēplo hominibus demonſtrare: multi ſeculum relinquentes ad ei⁹ magiſterium feſtinauerunt. lc. v.

Defūcto igitur abbate monaſterij non longe a loco: licet diu renuēs benedictus tamē p̄cib⁹ / abbas ibi effectus eſt. Cūq; fratres ſui conſpicerēt ſibi ſub eo illicita non licere: inito conſilio venenum vino miſcuere. Quod ipſo benedicēte: ſtatim vas vitreum confractū eſt. Cuius cauſam vir dei intelligēs: ad locum dilecte ſolitudinis redijt. lc. vj.

Cum vir dei in ſolitudine ſuccreſceret: multi ſeruientes deo ibi ab eo ſunt cōgregati: ita vt illic duodecim monaſteria cum chriſti adiutorio ꝯſtrueret. Hic etiam defunctum filium cuiuſdam ruſtici iurantis ꝙ non recederet donec filium ſuuꝫ reſuſcitaret: oratione facta viuum reddidit patri ſuo. Et animam cuiuſdam epiſcopi capuani in ſphera ignea de nocte orans ad feneſtram: ab angelis in celuꝫ deferri conſpexit. Sine expoſitione. Lectio ſeptima.

Ex his autē monaſterijs q̄ vir dei benedictus cōſtruxerat / tria in rupibus montis erant ſita: ⁊ valde fratribus erat laborioſum ab inferioribus aquā ſemper deferre. Quo viſo vir dei aſcendit in montem: ⁊ oratione facta tres petras ibi in ſigno poſuit. Poſt hec mandauit fratribus vt eandē rupem vbi eaſdem petras inuenirēt: in modico cauarent. Quo facto defluxit aqua vbertim vſq; in hodiernum diem. Lectio octaua.

Quidam eius monachus dum de quodam loco ſuper ripam laci poſito vepres abſcinderet: ferrum de manubrio proſiliens in lacum cecidit. Vir autem domini benedictus tulit manubrium et miſit in lacum: moxq; ferruꝫ de profundo redijt / et in manubrium intrauit. Lectio nona.

Quadam die apparuit ei diabolus: dicens ꝙ ad fratres ſuos pergeret. Quo audito miſit fratribus ſuis mādans ꝙ cautius agerēt: q̄a diabolus ad eos veniret. Quo eis nūciato / paries cecidit: ⁊ monachum paruuluꝫ occidit. Quod ſanctus audiens / orationi ſe dedit: et monachum incolumem ſuſcitauit. His ⁊ alijs virtutibus plenus ſeruus dei bñdictus: i ſenectute ſua migrauit ad chriſtum. Cetera de cōmuni vnius ꝯfeſſo. ⁊ abba.



¶ In annūciatione beate marie ꝟginis. Ad veſpas ſupꝰ pſalmos feriales. Añ. Orietᷣ ſicut ſol ſaluator mundi: ⁊ deſcendet in vterum virginis ſicut imber ſuper gramē. In tempore paſchali finiatur cum Alleluia. Capitulum.

Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium / ⁊ vocabitur nomen eius emanuel: butyꝛum et mel comedet / vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonum. ℟. Chriſti virgo. Hymnus.

Ave maris ſtella / dei mater alma / atqꝫ ſemper virgo / felix celi porta.

Sumens illud aue / gabꝛielis oꝛe: funda nos in pace / mutans nomen eue.

Solue vincla reis / profer lumen cecis: mala nr̃a pelle / bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrē / ſumat per te precem / qui ꝓ nobis natus / tulit eſſe tuus.

Virgo ſingularis / inter oīes mitis: nos culpis ſolutos / mites fac et caſtos.

Vitam preſta puram / iter para tutū: vt videntes ieſum / ſemper colletemur.

Sit laus deo patri / ſūmo chꝛiſto decus: ſpiritui ſancto / trinus honoꝛ vnus. Amen. vꝰ. Roꝛate celi deſup. Añ. Ingreſſus angelus ad mariā dixit: aue maria gratia plena dñs tecum. Ps. Magnificat. Oro.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbū tuū angelo nūciāte carnē ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibꝰ tuis vt qui vere eam dei genitricē credimus / eius apud te interceſſionibꝰ adiuuemur. Per eūdem. Si hoc feſtū in .xl. cōtige. fiat tunc ſolē. memo. de ieiunio ad vtraſqꝫ veſpas ⁊ ad matut. Cōple. xl. nō mutatᷣ niſi qꝫ in fine hymñ. vꝰ Gloꝛia tibi dñe qui natus. qñ extra paſſionē dñi cōtige. Ad matut. Inuita. Aue gr̃a plena dñs tecum. Benedicta tu in mulieribus. Ps. Venite exulte. Hyꝰ.

Quem terra pontus ethera / colunt adoꝛant predicant: trinam regentem machinam / clauſtrū marie baiulat.

Cui luna ſol et omnia / deſeruiunt per tempoꝛa: perfuſa celi gratia / geſtāt puelle viſcera.

Beata mater munere / cuiꝰ ſupernus artifex: mundum pugillo continens / ventris ſub arca clauſus eſt.

Beata celi nuncio / fecūda ſancto ſpiritu: deſideratus gētibus cuius per aluum fuſus eſt.

Gloꝛia tibi dñe / qui natus es de virgine: cum prē. In .j. nocturno. Añ. Prophete p̄dicauerunt naſci ſaluatorē de virgine maria. Ps. Dñe dñs noſter. Añ. Roꝛate celi de ſuper ⁊ nubes pluant iuſtū: aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatoꝛem. Ps. Celi enarrāt. Añ. Egredietᷣ virga de radice ieſſe / et replebitᷣ oīs terra gl'ia dñi: et videbit oīs caro ſalutare dei. Ps. Dñi eſt terra. vꝰ. Ex ſion ſpecies decoꝛis eiꝰ. ℟. Deus noſter manifeſte veniet. Lectio prima.

INgreſſus angelus ad mariã
dixit. Aue gratia plena
dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus.
Que ſalutatio quãtũ
humane conſuetudini inaudita
eſt: tãtũ eſt btẽ marie dignitati
1 ɔgrua. ℟. Ingreſſus ãgelus ad
mariã ait. Aue maria grã plena dñs
tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus:
et benedictus fructus ventris
tui. Aue maria. Lectio ſecunda.

VEre etenĩ grã erat plena:
cui diuino munere collatũ
eſt vt prima inter feminas
glorioſiſſimũ deo virginitatis
munꝰ offerret. Vnde iure angelico
aſpectu ſimul ꝗ affatu meruit
ꝑfrui: q̃ angelicam ſtuduit
2 imitari vitã. ℟. Suſcipe verbum
virgo maria qđ tibi a dño ꝑ angelum
trãſmiſſum eſt: ɔcipies per aurẽ/ deũ
paries ⁊ hominẽ. Ut bñdicta dicaris
inter oẽs mulieres. ℣. Paries q̃dẽ
filium ſed virginitatis non patieris
detrimẽtũ: efficieris grauida et eris
mater ſemꝑ intacta. Ut bñdicta. L. iij.

VEre gratia erat plena:
cui ipſum ꝑ quẽ gratia ⁊
veritas facta eſt/ ieſum chriſtũ
generare donatum eſt. Et ideo
vere dñs cum illa erat: quã et
prius nouo caſtitatis amore a
terrenis ad celeſtia deſideranda
ſuſtulit: ⁊ poſtmodũ (mediante
humana natura) oĩs plenitudine
diuinitatis conſecrauit. ℟.
3 Maria vt audiuit turbata eſt in ſermone
angeli. Et cogitabat qualis eſſet
iſta ſalutatio. ℣. Quomodo fiet
iſtud (ait maria) q̃ virum nõ cognoſco?
Et cogi. Gloria. Et cogi. In .ij.
nocturno. An. Ecce veniet deus ⁊ homo
de domo dauid ſedere in throno
in eternũ. Ps. Eructauit. An. Suꝑ
ſoliũ dauid ⁊ ſuper regnũ eius ſedebit
in eternũ. Ps. Deus noſter refugiũ.
An. Suꝑ te hieruſalẽ orietur
dñs: ⁊ gloria eiꝰ in te videbitur. Ps.
Fũdamẽta. ℣. Egredietur virga
de radice ieſſe. ℟. Et flos de radice
eius aſcendet. Lectio quarta.

VEre benedicta inter mulieres:
que ſine exemplo
muliebris cõditiõis/ cum decore
virginitatis gauiſa eſt honore
parẽtis: quodq; virginẽ matrem
decebat/ dei filium ꝓcreauit.
Que poſtq̃ more humane
fragilitatis ⁊ viſione angelica
⁊ inſolita eſt ſalutatiõe turbata:
mox idẽ angelus eã repetito
ſermone ne timeat hortatur.
℟. Dixit angelus ad mariam/ ne timeas 4
maria. Inueniſti gratiam apud
deum. ℣. Ecce concipies et paries
filium: et vocabis nomen eius ieſum.
Inueniſti gratiã. Lectio quinta.

QVodq; maxime timorem
pellere cõſueuit: quaſi bene
cognitã ac domeſticã ꝓprio
noĩe eã vocat. Et quare gratia
plenã diceret: diligẽter edocet.
Ne timeas (inquit) maria: inueniſti
gratiã apud deũ. Ecce cõcipies
in vtero ⁊ paries filiũ:
et vocabis nomen eius ieſum.
Hic erit magnus: ⁊ filiꝰ altiſſimi
vocabit̃. ℟. Ecce concipies et 5
paries filiũ. Et vocabitur nomẽ eius
ieſus. ℣. Hic erit magnus et filius
altiſſimi vocabit̃: ⁊ dabit illi dñs deꝰ
ſedẽ dauid pr̃is eiꝰ. Et. L. vi.

NOtãdus ſolerter ordo verborum: ⁊ tanto arctius eſt cordi inſerēdus, q̃to manifeſte patet, q̄ in his tota redēptionis noſtre ſumma ꝯſiſtit. Nã manifeſtiſſime dñm ieſum (id eſt ſalvatorē noſtrum) ⁊ verũ dei patris, ⁊ verum hominis matris filium p̄dicavit. Ecce (inq̄t) cõcipies in vtero ⁊ paries filium. Agnoſce verũ hunc hominē verum de carne virginis aſſumpſiſſe ſubſtantiam carnis. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabit᷑. Confitere eundē etiã verum deũ de deo vero: ⁊ eterno patri filiũ eſſe ſemꝑ coeternum. 6 ℟. Dabit illi dñs deus ſedem david patris eius. Et regnabit in domo iacob In eternum. ℣. Et regni eiꝰ nõ erit finis. Et regna. Gloria. In eternũ. In .iij. nocturno. An. Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictꝰ fructus vētris tui. Ps. Cantate. i. An. Dabit ei dñs deus ſedē david patris eius: ⁊ regnabit in eternũ. Ps. Dñs regnavit exul. An. Beata es maria q̄ credidiſti: pficientur in te que dicta ſunt tibi a dño. Ps. Cãtate. ij. ℣. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet vt ſalvet populũ ſuũ a peccatis eorum. ¶ Secundum Lucam.

Cap. .C IN illo tpe. Miſſus eſt angelus gabriel a deo in civitatē galilee cui nomen nazareth: ad virginē deſponſatã viro cui nomē erat ioſeph, de domo david: ⁊ nomē virginis maria. Et reliqua. Homelia venerabilis Bede preſbyteri. L. vij.

IDcirco angeli privatis nominibꝰ cēſent᷑: vt ſignetur p vocabula etiã in operatione quid valeant. Nec eīm in illa ſancta civitate quã de viſione omnipotētis dei plena ſciētia pficit: idcirco ꝓpria noĩa ſortiunt᷑, ne eorũ pſone ſine noĩbus ſciri nõ poſſint. Sed cũ ad nos aliq̄d miniſtraturi veniunt: apud eos etiã noĩa a miniſterijs trahũt. ℟. Quomodo fiet iſtud (reſpondit maria) q̄ virum non cognoſco? angelus ad hec. Spiritus ſanctus ſupveniet in te: ⁊ virtꝰ altiſſimi obũbrabit tibi. ℣. Ideoq; qđ naſcetur ex te ſanctũ vocabitur filius dei. Spiritus ſanctꝰ ſuperveniet in te. Lectio octava.

AD mariã ergo virginem gabriel mittit᷑: qui dei fortitudo nominatur. Illũ quippe veniebat nunciare: qui ad debellãdas aereas poteſtates humilis apparere dignatus eſt. De quo p pſalmiſtam dicitur. Dñs fortis ⁊ potēs: dñs potēs in prelio. Et rurſum. Dñs virtutũ ipſe eſt rex glorie. 8 ℟. Dixit autē maria ad angelũ: ecce ancilla dñi. Fiat mihi ſcđm verbum tuum. ℣. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te: cum reſpondiſſet angelus: ait maria. Fiat mihi. Lectio nona.

PEr dei fortitudinem ergo nunciãdus erat: qui virtutũ dñs ⁊ potēs in prelio cõtra poteſtates aereas ad bella veniebat. Ad virginē deſponſatã viro cui nomē erat ioſeph, de domo david: ⁊ nomē virginis maria. Multas ob cauſas ſalvator non de ſimplici virgine: ſed de deſpõſata voluit naſci. 9 ℟. Chriſti virgo dilectiſſima virtutũ õpetrix opē fer miſeris. Subveni domina cle

mātib⁹ ad te iugiter. ℟. Qñ peccato
rum moleſtimimur: et non eſt qui adiuuet.
Subueni. Gloria. Subueni. ℣.
Emitte agnū dn̄e dn̄atorē terre. ℣.
De petra deſerti ad mōtē filie ſion.
1 In laud. ān. Angelus domini nūciauit
marie: et concepit de ſpiritu
ſancto. ps. Dominus regnauit.
2 ān. Ne timeas maria/ inueniſti gratiam
apud dominum: ecce concipies
et paries filium. ps. Jubilate. ān.
3 Quomodo fiet iſtud angele dei quia
virū in concipiendo nō pertuli? audi
maria virgo xp̄i/ ſpiritus ſanctus ſuperueniet
in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obūbrabit
tibi. ps. Deus deus me⁹.
4 ān. Spiritus ſanctus in te deſcēdet
maria: ne timeas habens in vtero filium
5 dei. ps. Benedicite. ān. Ecce
ancilla domini: fiat mihi ſecūdum
verbum tuum. ps. Laudate. cap.
Ecce virgo. Hymnus.

O Glorioſa femina: excelſa
ſupra ſydera: qui te creauit prouide/
lactaſti ſacro vbere.

Quod eua triſtꝭ abſtulit tu reddis
almo germine: intrent vt
aſtra flebiles/ celi feneſtra facta es.

Tu regis alti ianua/ ⁊ porta
lucis fulgida: vitam datam per
virginem/ gentes redempte
plaudite.

Gloria tibi domine. ℣. Elegit
eam. ān. Miſſus eſt gabriel angelus
ad mariam virginem deſponſatā ioſeph.
ps. Benedict⁹. or. De⁹ q̄ de
beate. Ad .i. ān. Angelus dn̄i. ps.
Deus in noīe. ān. Glā tibi. ps.
Quicūq;. Ad .iii. ā. Ne timeas.
ps. Legē pone. cap. Ecce virgo.
℟. Diffuſa eſt. ℣. Specie tua. oro
de⁹. Ad .vj. ā. Quomodo fiet. ps.
Defecit in ſa. Capitulū.

Egredietur virga de radice
ieſſe: ⁊ flos de radice ei⁹ aſcēdet/
⁊ requieſcet ſup eū ſpūs dn̄i.
℟. Specie tua. ℣. Adiuuabit eam.
Ad .ix. ān. Ecce ancilla. ps. Mirabilia.
Capitulum.

Egredieť dn̄s de loco ſctō
ſuo: veniet vt ſaluet pp̄lm ſuū.
℟. Adiuuabit. ℣. Elegit. Ad .ij.
vſ. ān. Angelus dn̄i. ps. Dixit dominus.
Confitebor. Beatus vir.
De pfundis. Memēto. cap. Ecce
virgo. ℟. Quomodo fiet. hy⁹.
Aue maris ſtella. ℣. Elegit eā.
ā. Virgo dei genitrix et qua lux orbi
dignata eſt eterna/ intēde ſupplicū
tuorū p̄ces ſeruorū: vt per tua ſancta
ſuffragia mereant̄ poſſidere regna celeſtia.
ps. Magt. oro vt s. Qñ hoc
feſ. in aliqua do. xl. ꝯtige. ſemp
diffe. in craſtinum: niſi feſ. loci
fuerit: tunc eñ nō debet differri
niſi in do. paſ. vel ramis palmaꝝ
ꝯtig. Si ỽo in aliquo ſabba.
xl. hoc feſ. eue. ſemp vltime
veſ. de ſancta ma. fient: ⁊ ſolen.
mēo. de ſequē. do. niſi in ſab. paſſio.
do. ⁊ etiā in ſabba. palmaꝝ:
tunc eñ dr̄ veſ. de do. ⁊ ſolen.
mēo. de feſt. Cū aūt in .ij. fer.
hoc feſ. annūcia. btē marie celebrať:
ſemp in do. erunt veſpe
de feſ. ⁊ ſolē. mēo. de do. Qñ ỽo
infra paſ. dn̄i eue. ſemp ſtat feſ.
cū Gloria patri. ⁊ neuma et ℣ io
Jeſu xp̄e. et cum iſto ℣. Qui de virgine.
Tñ infra. xl. ꝯplet. pl. non
mutať. Si ỽo in .iiij. fer. pri.
aſ paſc. ꝯtige. ibid. ſolen. cele.
vltime cū veſpe. non de feſ. ſed

Eſa
xj.

Eſa
xxvj

D

de feſ. erunt: ⁊ ſolen. memo. de feſt. Sic̄ fiat ſi feſt. ſancti ambro. in predicta. iiij. kal. euenerit: ſicut ibidē ſupra dictū eſt. Si vero in. v. fer. in cena dn̄i: vel in duobꝰ diebꝰ ſequē. vel in hebd. paſc. hoc feſ. ꝯtige. differat̄ vſqꝫ poſt octa. paſc. vbi conuenientiꝰ in ipſa hebdo. poſſit celebrari: ſcʒ vbi poſſit hr̄e ſuas vtraſqꝫ veſ. Sic̄ fiat de ceteris feſ. duplicibꝰ in ſupra dictꝭ tꝑibus cōtingētibꝰ. In paſchali tꝑe hoc mō fiat ſeruitiū. Ad vtraſqꝫ veſ. oīa fiant ſicut ꝑnotatum eſt: excepto ꝙ hic fiat ſolen. mēo. de reſurre. ⁊ Rx. ⁊ a. tam ad veſ. ꝙ ad mat. cū **alla.** Terminant̄. Cōple. in paſ. tꝑe non mutat̄ niſi ꝙ in fine hymni dr̄ **Gloria tibi dn̄e qui natus es.** ſcilʒ poſt V. **Queſumus auctor omnium.** Sic̄ fiat in fine oīm hymnorum eiuſdē metri ad matu. ⁊ ad alias hor. huiꝰ diei. Ad matu. inuit. **Aue maria.** ps. **Venite.** hyꝰ. **Quem terra.** Tres pme ſte cū ſuis ps dicantur ⁊ finiantur cum **alla.** V. **Ex ſion ſpēs.** Euange. ſcḋm lucā. **In illo tꝑe. Miſſus eſt angelus.** Rx. **Ingreſſus angelus.** Rx. **Dixit autem.** Rx. **Chriſti vgo.** ps. **Te deū.** V. **Emitte agnū.** in laudibus omnia fiāt ves. Memo. de reſurre. ⁊ finiātur oēs añe ⁊ Rx. cum **alla.** Capitulum ⁊ cetera omnia vt ſupra dictum eſt.

¶ Sc̄ti richardi epī ⁊ cōfeſſoris. Oratio.

Deus qui eccleſiam tuam meritis beati richardi confeſſoris tui atqꝫ pontificis feciſti miraculis coruſcare glorioſis: concede nos famulos tuos ipſiꝰ interceſſione ad eternam beatitudinis gloriam peruenire. Per dominum. Cetera de communi vnius confeſſoris ⁊ pontificis nouem lectionum de cōmuni: ſi ante paſſionem euenerit. Si vero infra paſſionē contigerit: nihil fiat de feſto. Cum autem in octa. paſche forte contigerit differat̄ vſqꝫ in. iij. feriam ſequentē: et fiant ibi tres lectiones cum regimine chori. Et tunc ad ſecundas veſperas de ſancto ambroſio fiat ſolēnis memoria de ſācto richardo. oratio vt ſupra.

¶ Sācti ambroſij epiſcopi et confeſſoris atqꝫ doctoris. duꝑ. feſ. Ad veſpas. ca. **Ecce ſacerdos magnus.** Ora.

Deus qui populo tuo eterne ſalutis beatū ambroſium miniſtrum conceſſiſti: preſta queſumus vt quem doctorē vite habuimus in terris: interceſſorem ſemꝑ habere mereamur in celis. Per dominum. Vbicunqꝫ hoc feſtum euenerit ſub regula feſti annunciā. btē marie celebretur: ſicut ibidem prenotatum eſt. Lectio pma.

Ambroſius rome natus: et diſciplinis liberalibus decenter eruditus: iuxta parentū ſuorū nobilitatem ad regendū liguriam ⁊ emiliaʒ prouincias conſulari dignitate eſt ꝓmotꝰ. Eo tꝑe in vrbe mediolana mortuo auxentio arrianoꝝ epō: cuius de ſubſtituendo inter catholicos et arrianos orta eſſet ſedi-

tio: ambroſi⁹ adhuc catechumenus pro eiſdem ſedādis ibi aduenit. Tu autem. Lectio. ij.

Et dum plebem alloqueret᷑: ſubito vox infātis ſonuit in populo ambroſiū ep̄z. Vox om̄es incredibiliter vnanimi cōſenſu: ambroſium ſibi acclamant dari epiſcopum. Juſſu ergo imperatoris (Quis multum renitens ⁊ effugere laborans) ambroſius capitur: ⁊ baptizatur. Octaua vero die cū ſumma letitia cunctoꝝ/ epiſcopus eſt ordinatus. Qui ſtatim omnia q̄ in auro et argento habere potuit: eccleſie dei ⁊ pauperibus tribuit. Tu autem. Lectō. iij.

Erat autem venerabilis epiſcopus/ multe abſtinentie ac vigiliaꝝ: quotidiano ieiunio macerans corpus. Eratq; pro pauperibus et captiuis nimiū ſolicitus: atq; in orando aſſiduus: ⁊ in diuinis rebus īplēdis fortiſſimus. Eo tempore romam adiens quedam paralytica ad eum ſe portari fecit: atq; oranti et imponenti ſibi manus veſtimēta attigit. Que cum oſcularetur: ſtati ſanitate recepta ambulare cepit. Lectio. iiij.

Tractāte quadam die ſancto ambroſio verbum dei in eccleſia: quidam acerrimus arrianorum ſectator angelum ad aures ſancti epiſcopi tractātis vidit loquentem: quaſi q̄ ſibi indicaret quid populo nūciare deberet. Quo viſo ad fidē catholicam ſe contulit: ⁊ quā expugnabat defendere cepit. L. v.

Cuiuſdam clariſſimi viri fili⁹ apud quem vir ſanctus hoſpitabatur in ciuitate florentia: ſubita infirmitate defunctus eſt. Quem mater fide plena in lecto eius imponens: ſperauit ipſius beati viri meritis a morte ſuſcitatum iri. Qui fidē matris intelligens: orando promeruit vt viuum matri redderet/ quē mortuum inuenit. Lectio. vj.

Cum vir ſanctus quadrageſimū tertium pſalmū tractaret/ exceptore eius preſente: ſubito in modū ſcuti breuis ignis ſuper caput eius reſplenduit: atq; in os eius viſus eſt ingredi. Poſtea vero facies eius tanq̄ nix incanduit. Ex quo quidem ſpiritus ſancti gratiam in eum veniſſe: ſine dubio cognoſci potuit. Paſchali ſolennitate appropinquāte vir ſanctus infirmitate captus/ poſt orationem vidit chriſtum ad ſe veniētem: et parum ante lucem die ſabbati paſche (ſumpto chriſti ſacramento) ſpiritum exhalauit. Tu autē. Tres vltime lectio. de expoſitiōe euange. Sc̄dm Mat.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Etc. Cap̄. v. B

Homelia excerpta de diuerſis tractatibus. Lectio ſeptima.

Predixerat dominus diſcipulos ſuos pro ſui nominis cōfeſſione perſecutionem paſſuros. Et vt eos conſolaretur: ſubiunxit dicens. Vos eſtis ſal terre. Ac ſi diceret. Jlli perſequē tur: ſed nolite timere / q̄a ſal terre vos eritis. Lectio. viij.

Per ſal aūt celeſtis ſapientia deſignatur. Sal autē per aquā et ardorē ſolis ⁊ flatum venti: ex altera natura commutatur in alterā. Sicqꝫ apoſtoli ⁊ apoſtolici viri per aquā baptiſmatis ⁊ ardorem fidei et per flatū venti / id eſt donū ſpūſſancti: ex terrena generatione in ſpiritualem ſunt cōmutati. Lec. ix.

Salis natura hec eſt. Humores exiccat / fetorē aufert / vermes ꝓcreare non ſinit. Ita ⁊ celeſtis ſapientia carnalium delectationum humores exiccat / male conuerſationis fetorē aufert / libidinoſe cogitatiōis vermes procreare non ſinit. Illum vermē extinguit de quo eſaias ait. Vermis eorum non morietur: et ignis eorū non extinguetur. Rꝭ. ex. de cōi vniꝰ ꝯfeſ. et pontifi. In laud. cpm. **Benedictionem.** Poſt paſcha tamen dicitur in laudi. cpm. **Ecce ſacerdos.** Ad ſecundas vē dicit̄ Rꝭm **Sancte N. chriſti confeſſor.** Quādo vero poſt paſcha hoc feſtum cōtige. fiāt tres lec. de ſex ꝓprijs lec. ſancti ambroſij: ⁊ legātur bine et bine. Similiter fiat de ſancto dunſtano / aldelmo / auguſtino anglorum apoſtolo: et conſimilibus. Ad veſpe. in paſchali tēpore Rꝭ. **Filie hieruſalē.** Cetera omnia de cōmuni vniꝰ confeſſoris et ponti. paſc. tpis.

¶ Sciōrū tyburtij ⁊ valeriani ⁊ mar. ſine regi. cho. Oro.

Preſta q̄s omnipotēs deꝰ: vt qui ſanctorum martyrū tuorum tyburtij et valeriani atqꝫ maximi ſolēnia colimus / eorū etiam ꝟtutes imitemur. Per dominum noſtrum ieſum xp̄m.

¶ Et notādum eſt ꝙ omnia feſta. iij. lec. ſine regi. cho. ab oct. paſche vſqꝫ ad penthecoſtem habent inuitat. duplex. Lectio. i.

Valerianus atqꝫ tyburtiꝰ frater eiꝰ / cum per predicationem beate cecilie credidiſſent in dominum: ⁊ a ſcō vrbano baptizati fuiſſent: iuſſi ſunt ab almachio prefecto aut ſacrificare aut capitalem ſubire ſententiam. Qui cum ſacrificare nollent: a maximo corniculario ducti ſunt ad locū certaminis. Tu autem. Lectio ſecūda.

Cumqꝫ increpaſſet eos ꝙ ad mortem quaſi ad epulas ita leti feſtinarēt: dixit ei tyburtiꝰ. Niſi pro certo ſciremus alterā vitam eſſe perpetuam: nunqꝫ nos iſtā amittere gauderemꝰ. Dixit ei maximus. Si poſſem apud me certū habere quod loqueris: optarē et ego iſtam vitam contemnere. Lectio. iij.

Valerianus dixit ei. In hora qua corpore exuemur / aperiet tibi dominus oculos tuos: ⁊ videbis cū quanta gloria vita illa ſuſcipietur. Impetratoqꝫ a carnificibus vniꝰ diei ſpatio: p predicationem eorum maximꝰ cum omni domo ſua / ⁊ ipſi carnifices crediderunt: ⁊ a ſancta cecilia baptizati ſunt: ⁊ ſimul martyrio coronati. Cetera de cōmuni plurimo. marty. paſc.

tēporis. ¶ Sancti alphegi epi et mar. ep. Oīs pontifex. iij. l. de cōi ſine regi. Oratio.

Deus qui beatū alphegū confeſſorem tuum ſacerdotij dignitate ⁊ palma martyrij decoraſti: concede propitius ita nos apud te eius interceſſionibus adiuuari / vt cum eo poſſimus in eterna felicitate letari. Per dn̄. Cetera omnia de cōmuni vnius marty. et pontifi. paſc. tpis: cū cā. et lect. vnius marty. ⁊ ponti. alterius tpis.



¶ Sancti georgij marty. iij. lec. cum regi. cho. dup. feſtū. hym. Iſte ſanctus. Oratio.

Deus qui nos beati georgij martyris tui meritis et interceſſione letificas: concede propitius vt qui eius beneficia poſcimus / dono tue gratie conſequamur. Per dominum noſtrum. Lectio prima.

Sanctus ⁊ verus dei cultor georgius cappadocie regiōis oriūdus: cū videret multos deum blaſphemantes / ⁊ cū daciano demones adorātes: ſpū ſancto repletus in hanc vocem prorupit. Oēs dij gentium demonia: dn̄s autem celos fecit. Dacianus ait ei. Qua temeritatis audacia nobis iniuriam irrogans: deos nr̄os demonia vocas? Fatere tū ex qua prouincia huc aduenisti: vel quo nomine vocitaris. Lectio ſecunda.

Sanctus georgius dixit. Chriſtianus ⁊ dei ſeruus ſum. Georgius nuncupor: genere cappadocus: patrie mee comitatū gerens. Elegi ꝓ hoc tēporali dignitate carere: et immortalis dei imperio deſeruire. Dacianus ait ei. Erras georgi. Accede: et immola deo apollini. Beatus georgius reſpondit. Domino meo ieſu xp̄o exhibeo culturam regi oīm ſeculoꝝ: nō apollini auctori demonioꝝ. Lec. iij.

Iratus dacianus iuſſit ſanctū georgium in equuleo leuari: ⁊ extenſum membratim vngulis lacerari. Deinde lateribus eius lampades ardentes applicari. Salem vero in vulnera aſpergi: et cilicio plagas eius fricari. Plumboqꝫ bullienti eum immitti: extractūqꝫ per vicos vt reum fecit trahi. Cūqꝫ traheretur ad locū ſupplicij / flexis genibus gratias egit deo: ⁊ ſic capitalem ꝓ chriſto ſubijt ſententiam. Cetera de communi vnius marty. paſc. tpis. Si hoc feſ. in octa. paſc. contige. differ. in craſti. ⁊ i dn̄. ij. veſ. erūt de feſ. et fiat ſolē. memo. de dn̄. ⁊ de reſurrec. Sed fiat tm̄ ad ꝑmas veſpe. de ſancto marco. ¶ Sancti marci euangel. iij. lc. dup. feſ. Ad vtraſqꝫ veſperas ⁊ ad matutinas ⁊ ad tertiā. Capitulū.

